

# THE SARUM RITE

Manuale ad usum  
insignis ecclesie Sarum.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXXI.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published July 1, 2021.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.


[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 202

---


Manuale ad usum insignis ecclesie  
Sarum summaque diligentia emendatum.<sup>1</sup>

[1r.]



---

[1v.]



## [*Benedictio salis et aque.*]<sup>2</sup>



*Mnibus dominicis diebus per annum et in festis simplicibus in dominicis contingentibus, post primam et capitulum vel missam in capitulo si habeatur tres campane breviter pulsentur singillatim ad aquam<sup>3</sup> benedictam : incipiendo a majore campana : deinde in fine processionis cum dicitur antiphona in introitu chori pulsatur ad terciam dicto modo : nisi sermo diceretur ad populum : tunc in fine sermonis pulsatur ad terciam : nisi in duplicibus festis :*

*et in dominica in ramis palmarum : a sacerdote ebdomadario alba et cappa serica rubea induito cum diacono et subdiacono textus deferentibus, cum thuribulariis<sup>4</sup> et duobus ceroferariis : et acolito crucem deferente, omnibus albis cum amictibus indutis : in medio presbiterii ad altare conversis : ac etiam cum duobus pueris quorum alter scilicet puer qui ad aquam scribitur in tabula in sale tenendo et aquam benedictam gestando : alter scilicet puer ebdomadarius lector ad matutinas,<sup>5</sup> et in libro tenendo eidem sacerdoti in superpelliciis ministrent, et ad gradum chori fiat benedictio salis et aque hoc modo.*

1506:2r; Pro-1519:2r.



X-orci-zo te cre-a-tu-ra sa-lis per De-um ✕ vi-vum



per De-um ✕ ve-rum per De-um ✕ sanctum :


per Deum qui te per Heliséum prophétam in aquam mitti jussit ut sanaréatur sterilitas aque : ut efficiáris sal. *Hic respiciat sacerdos sal exorcizátum<sup>6</sup> in salútem credéntium. Et sis ómnibus te suméntibus sánitas*

áname et córporis : et effúgiat atque discédat ab eo loco quo aspérum fúeris omnis fantásia et nequítia vel versútia<sup>7</sup> diabólice fraudis, omnísque spíritus immúndus adjurátus. et finiatur hoc modo.

Benedictio salis et aque.




Pe e-um qui ventú-rus est ju-di-cá-re vi-vos et mórtu-os



et sé-cu-lum per ignem. *R.* Amen.


*Et sic finiantur omnes exorcismi per totum annum. Sequatur oratio sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum*




O-rémus.

**I**mménsam cleméntiam tuam omnípotens etérne Deus humíliter implorámus : *Hic respiciat sacerdos salut hanc creatúram salis quam in usum humáni géneris tribuísti bene dicere et sancti Xficáre tua pietáte dignéris :*


ut sit ómnibus summéntibus salus [2v.] mentis et córporis : et quicquid ex eo tactum vel respérsum fúerit : cáreat omni immundícia, omníque impugnatióne spirituális. *Et sic tantummodo finitur.*



ne-quí-ti- e. Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum




Fí-li- um tu- um qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te



Spí-ri-tus Sancti De-us : per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.

Benedictio salis et aque.



*R.* Amen.

*Sub eodem tono finiantur omnes orationes sequentes : et etiam orationes post apersionem aque benedicte.*

*Sequatur exorcismus aque.*

**E**xorciso te creatura aque in nomine Dei Patris omnipotentis, et in nomine Jesus Christi Filii ejus Domini nostri, et in virtute Spiritus Sancti : ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici : et ipsum inimicum


eradicare et explantare valeas cum angelis suis apostaticis. Per virtutem ejusdem Domini nostri Iesu Christi : qui venturus est judicare vivos et mortuos et seculum per ignem. *R.* Amen.

*Sequatur oratio sine Dominus vobiscum. sed tantum cum Orémus.*

*Oratio.*

**D**eus qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aquarum substancia condidisti : ad esto propicius invocationibus nostris : et elemento huic *Hic respiciat sacerdos aquam* multimodis purificationibus preparato : virtutem tue bene dictioonis infunde : ut creatura tua mysteriis tuis seriens ad abiciendos demones, morbosque pellendos divine gratie sumat effectum, ut quicquid in domibus vel in locis fi-


delliū hec unda respicerit : carent omni immundicia : liberetur a noxa, non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discendant omnes insidie latentes inimici : et si quid est quod aut incolumenti habitantium invidet aut quieti : aspersione hujus aque effugiat : ut salubritas per invocationem tui nominis expedita : ab omnibus impugnationibus *Et finiatur sic.* [3r.]



de-fensa. Per Dominum nostrum Iesum Christum

Benedictio salis et aque.

---



Fí-li- um tu- um. &c.

¶ *Hic mittat sacerdos sal in aquam in modum crucis privatim ita dicens, Commixtio salis et aque páriter fiat. In nōmine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. R. Amen.*

¶ *Sequatur benedictio salis et aqua pariter hoc modo.*

1506:3r.



Dómi-nus vo-bíscum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o. V. O-rému-s.

[*Oratio.*]

**D**eus invícte virtútis auctor et insuperábilis impérii rex ac semper magníficus triumphátor : qui ad vérse dominatiónis vires reprímis, qui inimíci rugiéntis sevícam súperas, qui hóstiles nequícias poténs expúgnas, te Dómine treméntes et súpplices depre-cámur ac pétimus, ut hanc *Hic res-piciat aquam sale mixtam*creatúram salis et aque dignánter accípias : benignus illústres pietátis tue more sanc-**X**tífices : ut ubicúnque fúerit as-

péra per invocatióne m sancti tui nóminalis : omnis infestatió immundi spíritus abjiciátur, terrórque venenósi serpéntis procul pellátur, et preséntia Sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscénibus ubique adésse dig-nétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula secu-lórum. [R.] Amen.

¶ *Si fuerit duplex festum extra chorūm fiat benedictio salis et aque privatim ante aliquod altare : et hora sexta cantata aspergatur. In aliis vero dominicis simplicibus in choro benedicatur : et ante tertiam aspergatur ut supra dictum est nisi in dominica in ramis palmarum : tunc enim extra chorus benedictur et post sextam aspergatur more duplicitis festi licet duplex festum non fuerit.*

*Peracta benedictione salis et aque accedat ipse sacerdos ad principale altare : et ipsum stando circunquaque aspergat. In redeundo ab altare in primis aspergat ministros*

Benedictio salis et aque.

*ordinatim incipiendo ab accolito qui crucem defert, deinde ad gradum chori rediens : ibidem singulos clericos ad se accedentes aspergat : incipiens a majoribus. Tamen si episcopus presens fuerit, ad eum pertinet aspersio clericorum ut infra dicetur. Post aspersionem clericorum, laicos in presbyterio hincinde stantes aspergat. Dum spargitur aqua benedicta, cantetur hec antiphona a toto choro cantore incipiente.*

1506:3v; Pro-1519:3v.

Ant.  
IV.i.

Spérges me \* Dómi-ne ý-sopo et mundá- bor.

†La-vá-bis me et su-per ni-vem de- albá-bor. Ps. Mi-se-ré-re

me- i De- us : se-cúndum magnam mi-se-ri-córdi- am tu- am.

¶ Repetatur antiphona. Aspérges me.

Et se-cúndum mul-ti-tú-di-nem mi-se-ra-ti- ónum tu-

á-rum : de-le i-niqui-tá-tem me- am.

¶ Repetatur ant. Aspérges me.

X. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o et Spi-ri-tu- i sancto. Si-cut

Benedictio salis et aque.

The musical notation consists of two staves of square neumes on four-line red staves. The first staff ends with a vertical bar line and a repeat sign. The second staff begins with a small square note. The lyrics are written below the staves:

e-rat in princí-pi-o et nunc et semper et in sé-cu-la  
se-cu-ló-rum a-men.

¶ Repetatur Lavábis me.

*Hec antiphona dicatur in aspersione aque benedicte omnibus dominicis per annum preterquam a pascha usque ad festum Trinitatis. Dicitur etiam in dominica in ramis palmarum et in dominica in passione Domini cum Glória Patri. et Sicut erat.*

*A pascha vero usque ad festum Trinitatis dicatur hec antiphona in aspersione aque benedicte cantore incipiente.*

1506:4r. Pro-1502:2r; Pro-1530:4r; Pro-1519:88r.

[4r.]


Ant.  
VIII.



The musical notation consists of five staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below the staves:


I-de a-quam \* egre- di- én- tem de templo  
a lá- te-re dextro al-le- lú- ya. †Et omnes ad quos pér-  
ve-nit a-qua is-ta sal-vi fac- ti sunt et di- cent  
al- le-lú- ya al-le- lú- ya. ¶ Confi-témi-ni Dómi-no  
quó-ni- am bonus : quó-ni- am in sé-cu-lum mi-se-ri-cór-

Benedictio salis et aque.




di- a e-jus.


*Repetatur antiphona Vidi aquam. postea dicatur X.*



X. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o et Sprí- tu- i Sancto.




Si-cut e-rat in príncipi- o et nunc et semper: et in



sé-cu-la se-cu-ló-rum amen. †Et omnes. &c.

**C** Peracta aspersionem aque sacerdos ad gradum chori dicat.

1506:4r; Pro-1519:4r.



X. Osténde no-bis Dómi-ne mi-se-ri-córdi- am tu- am.



R. Et sa-lu-tá-re tu- um da no-bis.



Deinde presbiter dicat sic. O-rémus.

**C**Xáudi nos Dómine sancte Pater  
Omnípotens etérne [Deus]<sup>8</sup> : et  
míttere dignáre sanctum ángelum


tuum de celis : qui custódiat, fóveat,  
próteget, vísitet et deféndat omnes  
habitantes in

[4v.]

Benedictio salis et aque.

---

1506:4v.<sup>9</sup>



R. Amen.

**C** Si episcopus in aliqua simplici dominica exequatur officium : tunc ipse indutus cappa serica cum mittra et baculo, ac omnibus supradictis ministris ad benedictionem salis et aque chorum solet intrare : qui dum fit benedictio salis et aque a sacerdote ut predictitur<sup>10</sup> ad hoc induit : sese in sedem recipit episcopalem : ibique<sup>11</sup> post aspersionem altaris principalis a predicto sacerdote factam tam canonicos quam ceteros clericos ad sedem ipsam accedentes modo et ordine prenotato asperget, et tam versum quam orationem post ant. Aspérges. dicet ibidem. Si vero episcopus executor officii non fuerit : tunc in habitu chori cum chirothecis tantum et bacculo clericos ut supra asperget : sacerdote predicto *V.* et orationem post antiphona. Aspérges. more consueto semper dicente.

## ¶ *Benedictio panis.*

*Benedictio panis in diebus dominicis. In primis<sup>12</sup> sacerdos legat evangelium In principio erat verbum. require ad cathecumenum faciendum in fine servicii 92. : et postea dicat*

*V. Si nomen Dómini benedictum.*

*R. Ex hoc nunc et usque in séculum.*

*[V.]<sup>13</sup> Benedicámus Dómino.*

*R. Deo grátias.*

*Deinde dicat sic*

*[V.] Dóminus vobíscum.*

*[R.] Et cum [spíritu tuo].<sup>14</sup>*

*[V.] Orémus.*

*[Oratio.]*

**B**ene<sup>+</sup>dic Dómine creatúram is-  
tam panis sicut benedixísti quin-  
que panes in desérto : ut omnes ex eo  
gustántes tam córporis quam ánime

accípiant sanitátem. In nómine Pa<sup>+</sup>-  
tris et Fí<sup>+</sup>lii et Spí<sup>+</sup>ritus Sancti.  
Amen.

*Tunc aspergatur aqua benedicta super panem et distribuatur.*

## [*Evangelium in nocte nativitatis Domini.*]

*In nocte nativitatis Domini dum canitur nonum Rx. cum suo versu et Glória Patri. procedat diaconus cum subdiacono et thuribulario et ceroferario et accolito crucem deferente omnibus solenni apparatu induitis ad thurificandum altare : et accepta benedictione ab executore officii per medium chori in pulpitum accedat ad cantandum evangelium hoc modo incipiendo.*

1506:5r; AS:51; Ant-1519:56v; Brev-1531:30v.<sup>15</sup>

[5r.]

IV.

sar0705.

O- mi-nus vo-bís-cum. Rx. Et cum spí-ri-tu tu- o.

Rx. I-ní- ti- um sancti e-van- gé- li- i : se-cúndum Mat-

thé- um.[i. : i-16.] Rx. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne.

IV.

I-ber ge-ne- ra-ti- ó-nis Je-su Chris- ti fí-li- i

Da- vid : fí- li- i Abra- ham. Abra-ham autem gé-nu-

it I-sa- ac. I-sa- ac au-tem gé-nu- it Ja- cob. Ja-cob

## Evangelium in nocte nativitatis Domini.

au- tem gé-nu- it Ju-dam et fratres e-jus. Ju-das au- tem  
 gé-nu- it Pha-res et Za-ram de Tha- mar. Pha-res  
 au- tem gé-nu- it Es- rom. Esrom au-tem gé-nu- it  
 A- ram. A-ram autem gé-nu- it Amí-na- dab.  
 Amí-na-dab au-tem gé-nu- it Naa- son. Naa-son au-  
 tem gé-nu- it Sal- mon. Salmon au- tem gé-nu- it  
 Bo-oz de Ra- ab. Bo-oz au- tem gé-nu- it Obeth  
 ex Ruth. Obeth au-tem gé-nu- it Jes- se. Jesse autem

Evangelium in nocte nativitatis Domini.

---

gé-nu- it Da- vid re-gem. Da-vid autem rex gé-nu- it  
Sa-lomó- nem ex e- a que fu- it U- ri- e. Sá-lomon  
au-tem gé-nu- it Róbo- am. Róbo-as au- tem gé-nu- it  
Abí- am. Abí- as au- tem gé-nu- it A- zam.  
A-za au- tem gé-nu- it Jó- sa- phat. Jó-saphat au-tem  
gé-nu- it Jo- ram. Jo-ras autem gé-nu- it O-zí- am.  
O-zí- as au-tem gé-nu- it Jó- a-tham. Jó- athas au- tem  
gé-nu- it A- chaz. Achaz au- tem gé-nu- it E-zechí-

Evangelium in nocte nativitatis Domini.

---

am. E-zechí- as au-tem gé-nu- it Ma-nás- sen. Ma-nás-

ses au-tem gé-nu- it A- mon. Amon autem gé-nu- it

Jo-sí- am. Jo-sí- as au-tem gé-nu- it Jecho-ní- am

et fratres e-jus, in transmigra-ti- ó- ne Ba-bi- ló-nis.

Et post transmi-gra-ti- ónem Ba-bi- ló- nis : Jecho-ní- as

gé-nu- it Sa-láthi- el. Sa-láthi- el au- tem gé-nu- it

Zo-ró-ba- bel. Zo-ró-ba-bel au-tem gé-nu- it Abi-

ud. Abi- ud au-tem gé-nu- it E-lí- a- chim. E-lí- achim

[6v.]

Evangelium in nocte nativitatis Domini.

The musical notation consists of six staves of square neumes on four-line red staves. The lyrics are written below each staff. The lyrics are:

autem gé-nu- it A- zor. Azor au-tem gé-nu- it  
Sa- doch. Sa-doch au- tem gé-nu- it A- chim. Achim  
au- tem gé-nu- it E-li- ud. E-li- ud au-tem gé-nu- it  
E-lé-a- zar. E-lé-a-zar au-tem gé-nu- it Ma- than.  
Mathan au-tem gé-nu- it Ja- cob. Ja-cob au- tem  
gé-nu- it Jo-seph vi-rum Ma-rí- e. De qua na-tus  
est Je-sus qui vo- cá-tur Chris- tus.

*Finito evangelio incipiat sacerdos in cappa serica Te Deum [laudámus].<sup>16</sup> (Brev.:[44].) Quo dicto rectores chori incipiunt missam (Missale:88.) ad quam missam duo clerci de secunda forma in cappis sericis in pulpito simul cantent istam lectionem.*

Evangelium in nocte nativitatis Domini.

1506:6v; Grad-1508:18v; Missal-1513:10v.

Lectio.

VIII.



Audes De-o di-cam per sé-cu-la : qui me plas- [7r.]  
 má- vit in ma-nu déxte-ra : atque ré-de-mit cru-ce pur-  
 pú-re- a sán-gui-ne na- ti.  
**C** Hic [incipient clerici]<sup>17</sup> cantetur alternatim.

1506:7r; Grad-1508:18v; Missal-1513:10v.<sup>18</sup>

[ix. 2, 6-7.]



Ecti- o I-sa- í- e pro-phé- te. In qua Chris-ti  
 lú-ci-da : va-ti-ci-ná- tur na- tí-vi- tas. Hec di-cit Dómi-  
 nus. Pa-ter, Fí-li- us, Sanctus Spí-ri-tus : in quo sunt ómni-  
 a cóndi-ta : su-pér-na atque i-ma. Pópu-lus génti- um :


Evangelium in nocte nativitatis Domini.

---


qui ambu-lá-bat in té-nebris. Quem cre-ásti : quem fraude  
súb-do-la hostis éxpu-lit pa-ra-dí-so : et capti-vá-tum  
se-cum trax-it ad Tár-ta-ra. Vi-dit lu-cem magnam. Ful-  
sé-runt et immá-ni-a nopte mé-di-a pastó-ri-bus lú-mi-  
na. Ha-bi-tánti-bus in re-gi-óne umbre mor-tis lux.  
Sempí-térna : et re-démpti-o ve-re nos-tra. Or- ta  
est e-is. O stu-pén-da na- tí-vi- tas. Párvu-lus  
e-nim da-tus est no-bis. Magnus hic e-rit Je-sus Fí-li-us

Evangelium in nocte nativitatis Domini.


---




De-i. Et Fí-li-us. Pa-tris summi. Da-tus



est no-bis. Ab arce summa pre-dictum sic e-rat. Et



factus est princi-pá-tus su-per húme-rum e-jus. Ut ce-




los re-gat atque arva. Et vo-cá-bi-tur nomen e-jus.



Messí-as, So-ther, Emá-nu-el, Sá-ba-oth, Ado-ná-i.



Admi-rá-bi-lis. Ra-dix Da-vid. Consi-li-á-ri-us.



De-i Pa-tris. De-us. Qui cre-ávit ómni-a. For-tis.



Bá-ra-tri claustra pé-rimens te-térrima. Pa-ter fu-tú-ri

[8r.]

Evangelium in nocte nativitatis Domini.

---

sé-cu-li. Rex om-ní-po-tens : et cuncta re-gens. Prin-  
ceps pa-cis. Hic et in e-vum. Mul-tipli-cá-bi- tur e-jus  
impé- ri- um. In Hie-rú-sa-lem Ju-dé-a : si-ve Sa-má-  
ri- a. Et pa-cis non e-rit fi-nis. Per se-cu-la sem-  
pi-tér-na. Su-per só-li- um Da-vid et su-per regnum e-jus  
se- dé-bit. Et reg-ni me- ta su- i, non e-rit á-liqua.  
Et con-fírmet il-lud. In fi- dé- i pígno-re. Et cor-  
róbo- ret in ju- dí- ci-o et jus-tí-ci- a. Ju-dex cum

Evangelium in nocte nativitatis Domini.

---

vé-ne-rit ju-di-cá- re sé-cu-lum. Amodo. Il- li de-bé-  
tur gló- ri- a : laus et ju-bi- lá-ti- o. Et usque  
in sempi- térum.

[8v.]

¶ *Hic cantent simul usque ad<sup>19</sup> finem.*

Ab ortu so-lis usque occí-du-os ad fi-nes mun-di orbis  
per clýma-ta laus cre-a-tó- ri ré-sonet cóngru-a.  
A-men di-cant ómni- a.

[*Evangelium in nocte epiphanie.*]

**C** In nocte epyphanie Domini dum cantatur ix. [R:]<sup>20</sup> cum suo **X.** et Glória Patri. procedat diaconus cum subdiacono et thuribulario et ceroferario et acolito crucem deferente : omnibus sollenni apparatu indutis ad thurificandum altare : et accepta benedictione ab executore officii per medium chori accedat ad cantandum hoc evangelium hoc modo.

1506:8v; Grad-1508:36v; AS:88; Ant-1519:108r; Brev-1531:53r; Missal-1513:17v.<sup>21</sup>

IV.

sar0705.  Omi-nus vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu- o.

**X.** Sequén-ti- a sanc- **+** -ti E-van-gé- li- i **+** se-cúndum

Lu- **+** -cam. R. Gló-ri- a ti-bi Dómi-ne.

1506:8v; Grad-1508:36v; AS:88; Ant-1519:108r; Brev-1531:53r; Missal-1513:17v.<sup>22</sup>

Lect. III.

850113.  Ac-tum est au-tem cum bapti- za-ré- tur omnis

pópu- lus : et Je-su bapti-zá- to et o- ránte, a-pér-tum

est ce-lum. Et descén-dit Spí- ri-tus Sanctus corpo- rá-

Evangelium in nocte epiphanie.

---

li spé- ci- e si-cut co-lúmba in ip-sum. Et vox de [9r.]  
ce- lo fac- ta est, Tu es Fí-li- us me-us di-léc-tus :  
in te complá-cu- it michi. Et ip-se Je-sus e-rat  
in- cí-pi- ens qua-si annó-rum tri-gín-ta : ut pu-ta-bá  
tur fí-li- us Jo- seph. Qui fu- it He-ly. Qui fu- it  
Mathat. Qui fu- it Le- vi. Qui fu- it Melchi. Qui fu- it  
Janne. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it Matháthi- e. Qui  
fu- it A- mos. Qui fu- it Na-um. Qui fu- it Hesli.


Evangelium in nocte epiphanie.

---


Qui fu- it Nagge. Qui fu- it Ma- hath. Qui fu- it Mathá-  
[9v.] thi- e. Qui fu- it Séme- i. Qui fu- it Jo- seph. Qui fu- it  
Ju-da. Qui fu- it Jo-hán-na. Qui fu- it Re-sa. Qui fu-  
it Zo-ró-ba-bel. Qui fu- it Sa-láthi- el. Qui fu- it Ne- ri.  
Qui fu- it Melchi. Qui fu- it Addi. Qui fu- it Cho- sam.  
Qui fu- it Elmá-dan. Qui fu- it Her. Qui fu- it  
Je-su. Qui fu- it E-li- é-ser. Qui fu- it Jo-rim. Qui  
fu- it Ma- that. Qui fu- it Le-vi. Qui fu- it Sýme-on.

Evangelium in nocte epiphanie.


---




Qui fu- it Ju- da. Qui fu- it Jo-seph. Qui fu- it




Jo- na. Qui fu- it E-li- áchim. Qui fu- it Mé-le- a.



Qui fu- it Menna. Qui fu- it Mathá- tha. Qui fu- it



Nathan. Qui fu- it Da-vid. Qui fu- it Jes-se. Qui




fu- it Obeth. Qui fu- it Bo- oz. Qui fu- it Salmon.


[10r.]



Qui fu- it Na- á-son. Qui fu- it Amí-na-dab. Qui fu- it



A- ram. Qui fu- it Esrom. Qui fu- it Pha-res. Qui



fu- it Ju- de. Qui fu- it Ja-cob. Qui fu- it Y-sa- ac.

Evangelium in nocte epiphanie.

---

Qui fu- it Abra-he. Qui fu- it Tha-re. Qui fu- it  
Nachor. Qui fu- it Se- ruch. Qui fu- it Rá-ga- u.  
Qui fu- it Pha-lech. Qui fu- it He-ber. Qui fu- it Sa-le.  
Qui fu- it Chá-y- nam. Qui fu- it Arpháx-at. Qui fu-  
Sem. Qui fu- it No-e. Qui fu- it La- mech. Qui fu- it  
Mathu-sá-le. Qui fu- it Enoch. Qui fu- it Ja- reth.  
Qui fu- it Ma-lá-le-el. Qui fu- it Chá-y- nam. Qui  
fu- it Enos. Qui fu- it Seth. Qui fu- it Adam. Qui

Evangelium in nocte epiphanie.

---

The musical notation consists of two staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff ends with a vertical bar line and a fermata. The second staff begins with a vertical bar line and a fermata. Below the notation, the Latin text is written in a cursive Gothic script. The lyrics are:


fu- it De- i. Je-sus au- tem ple-nus Spí-ri-tu Sancto,  
regréssus est a Jor-dá-ne.

¶ *Finito evangelio inciat sacerdos in cappa serica Te Deum laudámus. (Brev.:[44].)*


[*In purificatione beate Marie.*]<sup>23</sup>

*In purificatione beate Marie cantata hora sexta fiat benedictio luminis solenniter ab episcopo vel a sacerdote cappa serica induito cum aliis indumentis sacerdotalibus super gradum altaris supremum converso ad partem australēm<sup>24</sup> sic incipiendo.*

1506:10v; Ant-1519:138r; Grad-1508-S:378; Missal-1513-S:10v.<sup>25</sup>




Dómi-nus vo-bíscum. Chorus. Et cum spí-ri-tu tu-o.




V. O-rémus.

Bene ✕ dic Dómine Jesu Christe  
hanc creatúram cere supplicán-  
tibus nobis : et infúnde ei per vir-  
tútem sancte crucis benedictiónem  
celéstem : ut qui eam ad repelláandas  
ténebras humáno úsui tribuísti, talem  
signáculo sancte crucis tue fortitú-


dinem et bene ✕ dictióнем accípiat :  
ut quibuscúnque locis accénsa sive  
appósita fúerit : discédat dyábolus et  
contreméscat et fúgiat pállidus : cum  
ómníbus minístris suis de habitati-  
ónibus illis : nec presúmat ámplius  
inquietáre. *Et finiatur hoc modo.*



servi- éntes ti-bi. Qui cum De-o Patre et Spí-ri-tu Sancto



vi-vis et regnas De-us per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.



V. Amen.

*Omnes orationes cum Orémus. sub eodem tono<sup>26</sup> dicantur. Non dicatur Dóminus vobíscum : nisi ante primum oration tantum sed Orémus.*

*Oratio.*

[11r.]

**D**omine sancte Pater omnípotens etérne Deus : qui ómnia ex níchilo creásti : et jussu tuo per ópera apum hunc liquórem ad perfectiónem cereórum perveníre fecísti : et qui hodiérna die petitionem justi Simeónis implésti : te humíliter deprecámur ut has cándelas ad usum hóminum et sanitátem córporum et animárum preparátas : sive in terris : sive in aquis per invocátionem sanctíssimi nóminis tui, et per intercesiónem sancte Marie semper vírginis cujus hódie festa devóte celebrántur,

et per preces ómnium sanctórum tuórum bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignérис. Et hujus plebis tue devóte que illas honorífice in mánibus portáre desíderat, teque laudándo exultáre : exáudias voces de celo sancto tuo et de sede majestátis tue. Et propícius sis ómnibus clamántibus ad te, quos redemísti precioso sanguine Fílii tui. Qui tecum et cum Spíritu Sancto vivit et gloriátur Deus : per ómnia sécula seculórum. [V.] Amen.


Orémus.

*Oratio.*

**M**nípotens sempitérne Deus : qui hodiérna die Unigénitum tuum ulnis sancti Simeónis in templo sancto tuo suscipiéndum presentári volústi : tuam súpplices deprecámur<sup>27</sup> cleméntiam : ut hos céreos sive has cándelas : quos nos fámuli tui in tui

nóminis magnificéntia suscipiéntes gestáre cúpimus, luce accénsos bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre atque lúmine supérne benedictiónis accéndere dignérис : quátinus eos tibi Dómino Deo nostro offeréndo digni : et sancto igne dulcíssime tue claritatis succéndi :

1506:11r; Pro-1519:139r.<sup>28</sup>



in templo sancto gló-ri- e tu- e repre-sentá-ri me-re- ámur.

In purificatione beate Marie.



Per e-úndem Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li-  
um tu-um. Qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-  
tus Sancti De-us.

*Hic mutet vocem more prelationis.*



Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R.* Amen.

[11v.]

*V.* Dómi-nus vo-bís-cum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.

*V.* Sur-sum corda. *R.* Ha-bémus ad Dómi-num.

*V.* Grá-ti- as a-gámus Dómi-no De-o nostro. *R.* Dig-num

et justum est. *V.* Ve-re dignum et justum est equum et

sa-lu-tá-re : nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti- as á-ge-re

In purificatione beate Marie.

---

Dómi-ne sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De-us fons et  
ó-ri-go tó-ti- us lúmi-nis qui mundum il-lustrásti lúmi-ne  
tu-e cla-ri-tá-tis mitténdo no-bis Uni-gé-ni-tum tu- um  
per ú-te-rum inteme-rá-te vírgi-nis. Et quem longe ante  
promíssum prophe-tá-rum o-rá-cu-lis tempó-ri-bus no-víssi-  
mis mi-sís-ti lu-cem pópu-lis se dénti-bus in té-nebris.  
Te ergo Dómi-ne depre-cámur ut has cán-de-las nómi-ni  
tu-o pre-pa-rá-tas tu-a be-ne-dic-ti- óne digné-ris  
be-ne- ✕ -dí-ce-re qui nos transtu-lís-ti a po-testá-te

[12r.]

In purificatione beate Marie.

---

te-nebrá-rum in lu-cem di-lécti Fí-li- i tu- i et regnum.  
Per quem ex-órtum est in té-nebris lumen rectis corde et  
gáudi- um sa-lú-tis e-térne. Et qui justi Syme-ó-nis  
impléstì expecta-ti- ónem ut non pri- us ví-de-ret mortem  
quam e-júsdem Chris-ti Fí-li- i tu- i vi-sí-bi-lem incarna-ti-  
ónem tó-ti- us mundi lumen et sa-lú-tem nos lúmi-ne  
tu- e cla-ri-tá-tis sic réple- as ut omnes infi-de-li-tá-tis  
té-nebras a no-bis re-pél-las, et si-cut servum tu- um  
hó-di- e dimi-sís-ti in pa-ce : sic nos in pa-ce ecclé-si- e

In purificatione beate Marie.

tu-e sancte digné-ris gu-berná-re ad portum qui- é-tis  
 e-térne va-le- ámus intrá-re. Quá-ti-nus rá-di- is ve-re lu-cis  
 perfú-si i-bi in di- e ex-ámi-nis le-ti cum hymní-di-cis  
 féssi so-lis.

**C** *Hic mutet vocem suam quasi legendo. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.* [12v.]

**C** *Cantata prefatione tunc aspergantur candele aqua benedicta : et thurificantur. Deinde sequantur due orationes cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D** Omine sancte Pater omnípo-tens, lumen indeficiens : qui es Cónditor ómnium lúminum : bén-e-  
 ✕ dic hoc lumen tuis fidélibus in honórem nóminis tui portándum : quátinus a te sanctificáti atque bенé-dícti, lúmine tue claritátis accendámur et illuminémur : et propícius concé-

dere dignéris : ut veluti eódem igne quondam illuminásti Móysen fámu-lum tuum : ita illúmines corda nostra et sensus nostros, quátinus ad visi-ónem etérne [claritatis]<sup>29</sup> perveníre mereámur. Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus.

*Alia oratio.*

**D** Mnípotens sempitérne Deus : qui Unigénitum tuum ante témpora de te génitum, sed tempo-

ráliter de María vírgine incarnátum, lumen verum et indeficiens ad repelléndas humáni géneris ténebras :

In purificatione beate Marie.

---

et ad incendéndum lumen fidei et  
veritatis misisti in mundum : concéde  
propítius ut sicut extérius corporáli,  
ita étiam<sup>30</sup> intérius luce spirituáli

irradiári mereámur. Per eúndem<sup>31</sup>  
Dóminum nostrum [Jesum Christum  
Fílium tuum].<sup>32</sup>

¶ <sup>33</sup>*Postea accendantur candele et distribuantur cantore incipiente antiphonam.*

1506:12v; Pro-1519:141r.<sup>34</sup>

Ant.

VIII.ii.



Musical notation for the Antiphon VIII.ii. The music is written on four-line red staves. The first staff begins with a large 'L' (decorative initial). The lyrics are: Umen ad re-ve-la-ti- ónem génti- um et gló-ri- am. The second staff continues the melody. The third staff begins with 'ple-bis tu-e Isra-el.' The fourth staff begins with 'Ps. Nunc dimít-tis servum tu- um'. The music consists of black square neumes on the staves.

Dómi-ne : se-cúndum verbum tu- um in pa-ce.

¶ *Repetatur antiphona Lumen ad revelationem. totus psalmus dicatur cum Glória Patri. ut in processionalibus continetur. (Processionale-328.)*

## *Feria iiij. in capite jejunii.*

*Post vj. in primis fiat sermo ad populum si placuerit : deinde prosternant se clerici in choro et dicant vij. psalmos penitentiales cum Glória Patri. et cum antiphona Ne reminiscáris. 182.*


*Excellentior vero sacerdos induitus cappa serica rubea cum aliis vestibus sacerdotalibus : cum diacono a dextris et subdiacono a sinistris et ceteris ministris altaris qui omnes sint albis cum amictibus induti, a vestibulo ad gradum altaris procedant : et ibi dicant septem psalmos penitentiales in prostratione ut supra dictum est. Finitis psalmis dicatur antiphona. Ne reminiscáris Dómine delicta nostra vel paréntum nostrorum neque vindictam sumas de peccatis nostris.* [13r.]

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

*Et hanc dicantur omnia sine nota : tam a sacerdote quam a toto choro.*

*Deinde erigat se sacerdos cum diacono et subdiacono : et dicat super populum conversus ad australem<sup>35</sup> coram dextro cornu altaris.*

1506:13r; Pro:27r.<sup>36</sup>



Et ne nos indúcas in tentáti- onem.

[R.] Sed líbera nos a malo.

[V.] Salvos fac servos tuos et ancíllas tuas.

[R.] Deus meus sperántes in te.

[V.] Mitte eis Dómine auxílium de sancto.

[R.] Et de Syon tuére eos.

[V.] Convértere Domine úsquequo.

[R.] Et deprecábilis esto super servos tuos.


[V.] Adjuva nos Deus salutáris noster.

[R.] Et propter glóriam nóminis tui Dómine líbera nos, et propícious esto peccatis nostris propter nomen tuum.

[V.] Dómine exáudi oratióne meam.


[R.] Et clamor meus ad te véniat.

1506:13r.



[V.] Dómi-nus vo-bíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.]




[V.] O-rémus.

[*Oratio.*]

**C**Xáudi Dómine preces nostras :      |      cádis : et quos consciéntie reátus  
et confiténitum tibi parce pec-      |      accúsat, indulgéntia tue miseratiónis  
*Et finiatur sic.*

1506:13r.



absólvat. Per Christum Dómi-num nostrum.

[R.] Amen.]

**C**Et dicantur omnes orationes sequentes cum Orémus. Non dicatur Dóminus vobíscum. nisi ante primam orationem tantum.

*Oratio.*

**A**Ssit quésumus Dómine Deus fámulis tuis inspiráti grátie salutáris : que corda eórum flétuum<sup>37</sup> ubertáte resólvat : sicque macerándo conficiat ut iracúndie tue motus ydónea satisfactióne compéscat. Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus.

[*Oratio.*]

**D**A quésumus Dómine Deus noster hiis fámulis tuis contínuam purgatiónis sue observántiam peniténdo gérere : et ut hoc efficáciter implére váleant, grátia eos tue visitatiónis et prevéniat et sequátur. Per Christum Dóminum nostrum.

[Orémus.]

*Oratio.*

**P**révéniat hos fámulos tuos  
quésumus Dómine misericórdia  
tua : ut omnes iniquitátes eórum scé-

leri indulgéntia deleántur. Per Chris-  
tum Dóminum nostrum. Amen.

[Orémus.]

*Oratio.*

**A**désto Dómine supplicatióibus  
nostris : nec sit ab hiis fámulis  
tuis cleméntie tue longíqua mise-  
[13v.] rátió sana vúlnera eorúm : remítte

peccáta ut nullis iniquitáibus a te  
separáti tibi Dómino semper váleant  
adherére. Per Christum Dóminum  
nostrum.

[Orémus.]

*Oratio.*

**D**omine Deus noster : qui  
offensióne nostra non vínceris  
sed satisfactióne placáris : réspice  
quésumus super hos fámulos tuos :  
qui se tibi gráviter peccásse confi-  
téntur : tuum est enim absolutiónem  
críminum dare et véniam prestáre

peccántibus : qui dixísti peniténiam  
te male peccatórum quam mortem.  
Concéde ergo Dómine hiis, penténtie  
ut tibi excúbias célebrent : et corréctis  
actiónibus suis conférri sibi ad te  
sempitérna gáudia gratuléntur. Per  
Christum Dóminum nostrum.

[Orémus.]

*Oratio.*

**E**us cujus indulgéntia omnis  
homo índiget : meménto famu-  
lórum famularúmque tuárum : et quia  
lúbrica terrenáque córporis fragilitáte  
nudáti virtúte in multis deliquerunt,

quésumus ut des véniam confi-  
téntibus, parcas supplícibus : ut qui  
suis méritis accusántur, tua mise-  
ratíone salvéntur. Per Christum  
Dóminum.

*Hic non dicatur Dóminus vobíscum. neque Orémus. sed vertat se sacerdos ad populum : et extendens manum dicat super eos absolutionem hoc modo.*

*Absolutio.*

**A**bsolvimus vos vice beáti Petri apostolorum príncipis cui colláta est potésta a Dómino ligándi atque solvéndi : et quantum ad vos pértinget accusátio, et ad nos remíssio : sit

vobis omnípotens Deus vita et salus : et ómnium peccatórum vestrórum pius indúltor. Qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus.

**C** Tunc surgant omnes a prostratione osculantes formulas vel terram sacerdote sic dicente sic Qui vivit. ut supra.

Deinde fiat benedictio cinerum a sacerdote sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus. Hoc modo incipiens.

[*Oratio.*]

**C**Mnípotens sempitérne Deus qui miseréris ómnium et nichil odísti eórum que fecisti : dissímulans peccáta hóminum propter penitentiam : qui étiam súbvenis in necessitaté laborántibus : bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignére hos cíneres : quos causa humilitatis et sancte religionis ad emundanda nostra delícta : super cápita nostra more Ninevitárum ferre

constituísti : et da per invocatiónem sancti tui nómínis : ut omnes qui eos ad deprecándam misericórdiam tuam super cápita sua túlerint : a te mereántur ómnium delictórum suórum véniam accípere : et hódie sic eórum sancta inchoáre jejúnia : ut in die resurrectiónis purificátis méntibus ad sanctum mereántur accédere pascha : et in futúro perpétuam accípere glóriam. Per Christum.

**C**Hic aspergatur cíneres aqua benedicta : deinde dicatur Dóminus vobíscum. et Orémus.

*Oratio.*

**D**EUS qui non mortem sed [14r.] penitentiam desíderas peccatórum : fragilitátem conditiónis humáne benigníssime respice, et hos cíneres quos causa preferénde humilitatis atque promerénde vénie capitibus nostris impóni degrévimus : bene ✕ -

dícere pro tua pietáte dignéris : ut qui nos cíneres esse monuísti : et ob pravitatis nostre méritum in púlverem reversúros cognóscimus : peccatórum ómnium véniam et prémia penitentibus repromíssa misericórditer conseguí mereámur. Per Dóminum.

*Postea distribuantur cineres hoc modo. Executor officii in sede episcopali : et due excellentiores persone stolis amicti ex utraque parte chori in stallis suis capita quorumcunque venientium signo crucis cineribus signet dicendo*

**A**Eménto homo quia cinis es et mine Patris. *Or.*  
in cínerem revertérис. In nō-

*Interim cantantur antiphone ut in processionali continetur. (Processionale:66.)*

**C** Percantatis antiphonis dicat sacerdos ad gradum chori Dóminus vobíscum. et  
Orémus.

*Oratio.*

**D**Eus qui juste irásceris et iram tue indignatiónis quam juste  
cleménter ignóscis, afflícti merémur propiciátus avérte. Per  
pópuli tui láchrimas [réspice]<sup>38</sup> : et Christum.

Orémus.

*Oratio.*

**C**Oncéde nobis quésumus Dómi- spirituáles nequícias pugnatúri,  
ne presídia milítie Christiáne continéntie muniámur auxíliis. Per  
sanctis inchoáre jejúniis : ut contra Dóminum nostrum.

**C**Tunc eat processio ut in processionalibus continetur. (Processionale:69.)

## *Dominica in ramis palmarum.*

*Post aspersio[n]em aque benedicte legatur hec lectio ante gradum altaris ab accolito alba induuto : et hoc ex parte australi super flores et frondes cum suo titulo hoc modo.*

¶ *Lectio libri Exodi. (xv. 27.)*

**I**N diébus illis. Venérunt filii Israël in Helym : ubi erant duódecim fontes aquárum : et septuagínta palme : et castrametáti<sup>39</sup> sunt juxta aquas. Profectíque<sup>40</sup> sunt de Helym : et venit omnis multitúdo filiórum Israel in desértum Syn : quod est inter Helym et Synai : quintodécimo die mensis secúndi : postquam egréssí sunt de terra Egýpti. Et murmurávit omnis congregátio filiórum Israel contra Móysen et Aaron in solitúdine. Dixerúntque ad eos filii Israel, Utinam mórtui essémus per manum Dómini in terra Egýpti quando sedebámus super ollas cárniū : et comedebámus panes in saturitaté. Cur induxístis nos in desértum istud : ut occiderétis omnem multitúdinem hanc<sup>41</sup> fame ? Dixit autem Dóminus ad Móysen et Aaron,<sup>42</sup> Ecce ego pluam vobis panes de celo : egrediátur pópulus et colligat que sufficiunt per singulos dies : ut tentem eum utrum ámbulet in lege mea an non. Die

autem sexta parent quod íferant : et sit duplum quam collígere solébant per singulos dies. Dixerúntque Móyses et Aaron ad omnes filios Israel, Véspera sciéritis quod Dóminus edúxerit vos de terra Egýpti : et mane vidébitis glóriam Dómini. Audívi enim murmur vestrum contra Dóminum. Nos vero quid sumus quia musitástis contra nos ? Et ait Móyses, Dabit vobis Dóminus véspera carnes édere : et mane panes in saturitaté : eo quod audíerit murmuratiōnes vestras : quibus murmuráti estis contra eum, Nos enim quid sumus ? Nec contra nos est murmur vestrum : sed contra Dóminum. Dixítque Móyses ad Aaron, Dic univérsę congregatiōni filiórum Israel, Accédite coram Dómino : audívit enim murmur vestrum. Cunque<sup>43</sup> loquerétur Aaron ad omnem<sup>44</sup> cetum filiórum Israel : respexérunt ad solitúdinem. Et ecce glória Dómini appáruit in nube.

¶ *Statim sequatur evangelium : et legatur in eodem loco a diacono ad orientem converso more simplicis festi, post acceptam benedictionem cum Dóminus vobíscum. et Glória tibi Dómine. more solito.*

**C** Secundum Johannem. (xij. 12-19.)

**I**N illo tempore. Turba multa que convénerat<sup>45</sup> ad diem festum : cum audíssent<sup>46</sup> quia Jesus venit<sup>47</sup> Hierosólimam : accepérunt ramos palmárum et processérunt óbviā ei : et clamábant, Osánna : benedictus qui venit in nōmine Dómini : Rex Israel. Et invénit Jesus aséllum et sedit super eum : sicut scriptum est, Noli timére filia Syon : ecce rex tuus venit tibi mansuétus : sedens super pullum ásine. Hec non cognovérunt discípuli

ejus primum : sed quando glorificátus est Jesus : tunc recordáti sunt quia hec scripta erant<sup>48</sup> de eo : et hec fecérunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba que erat cum eo quando Lázarum vocávit de monuménto : et suscitávit eum a mórtuis. Propterea et óbviā venit ei turba : quia audiérant eum fecisse hoc signum. Phariséi ergo<sup>49</sup> dixérunt ad semetípsos, Vidétis quia nichil proficimus<sup>50</sup> : ecce mundus totus post eum ábiit.

**C** Finito evangelio sequatur benedictio florum et frondium a sacerdote cappa serica rubea induito : super gradum altaris ad australem<sup>51</sup> converso : coram dextro cornu altaris, hoc modo.

1506:14v.<sup>52</sup>



X-orci-so te cre-a-tú-ra flo-rum et fróndi- um in


nómi-ne De-i

Pa**+**tris omnipoténtis et in nōmine Jesu Christi **+**Fílli ejus Dómini nostri : et in virtúte Spíritus **+**Sancti. Próinde omnis virtus adversérii : omnis exércitus diáboli : omnis

potéstas inimíci : omnis incúrsio démonum : eradicáre et explantáre ab hac creatúra florum et fróndium : ut ad Dei grátiam festináncium vestígia insidiándo non assequáris.

Per e-um qui ventú-rus est ju-di-cá-re vi-vos et mórtu-os et

[15r.]



sé-cul-um per ignem. *R<sup>g</sup>*. Amen.

**C** Deinde sequantur hec sequentes orationes sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus. et finiantur sub tono lectionis ut supra.

*Oratio.*

**D** Mnípotens sempitérne Deus : qui in dilúvii effusióne Noe fámulo tuo per os colúmbe gestántis ramum ólive pacem terris rédditam nunciásti, te súpplices exorámus : ut hanc creatúram florum et fróndium : spatulásque palmárum seu frondes

árborum quas ante conspéctum glórie tue offérimus, verítas tua sanctífi **X**- cet : ut devótus pópulus in mánibus eas suscípiens<sup>53</sup> : benedictiónis tue grátiam cósequi mereátur. Per Christum.

*Oratio.*

**D** Eus cujus Fílius pro salúte géneris humáni de celo descéndit ad terras : et appropinquánte hora passiónis sue Hiersólimam in ásino sedens veníre, et a turbis rex appelláre et laudári vóluit : auge fidem in te sperántium, et súpplicum preces cleménter exáudi. Véniat quésumus Dómine super nos misericórdia tua : et hos palmárum ceterarúmque árborum ramos bene **X** dícere dignáre :

ut omnes qui eos latúri sunt : benedictiónis tue dono repleántur. Concéde ergo ut sicut Hebreórum púeri osánna in excélsis clamántes eídem Fílio tuo Dómino nostro cum ramis palmárum occurréunt : nos itaque árborum ramos gestántes, cum bonis opéribus occurrámus óbviam Christo : et perveniámus ad gáudium sempitérnum. Per eúndem<sup>54</sup> Christum.

[Orémus.]<sup>55</sup>

*Oratio.*

**D** Eus qui dispérsa cógregas : et congregáta consérvas : qui pópulis óbviam Christo Jesu ramos

palmárum portántibus ceterarúmque árborum benedixísti, bénedic étiam et hos ramos palmárum ceterarúmque

árborum : quos fámuli ad tui nóminis benedictiónem fidéliter suscípiunt : ut in quemcúnque locum introdúcti fúerint, tuam benedictiónem habita-

tóres illíus loci omnes consequántur : ita ut omni advérsa valitúdine effugáta déxtera tua prótegat quos rédemit. Per eúndem Christum.

**C** *Hic aspergantur flores et frondes aqua benedicta et thurificantur, deinde dicatur Dóminus vobiscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**A** Omine Jesu Christe mundi cónditor et redémptor : qui nostre liberatiónis et salvatiónis grátia : ex summa celi arce descéndere et carnem súmere et passiónem subíre dignátus es : quiqe sponte própria loco ejúsdem propínquans passiónis : [15v.] a turbis<sup>56</sup> cum ramis palmárum obviántibus : benedíci, laudári, et rex benédictus in nómine Dómini véniens clara voce appellári voluísti : tu nunc

nostre confessiónis laudatióne acceptáre : et hos palmárum ceterarúmque árborum ac florum ramos bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignérís : ut quicúnque in tue virtútis obséquio exínde áliquid túlerit : benedictióne celésti sanctificátus : peccatórum remissióne : et vite etérne prémia percípere mereátur. Per te Jesu [Christe]<sup>57</sup> salvátor mundi rex glórie : qui cum Patre &c.

*His itaque peractis statim distribuantur palme et interim cantentur hee due antiphone.*

1506:15v; Pro-1519:43v; AS:207; Ant-1519:192r; Brev-1531:118r.

Ant. I.ii.

**P** U-e-ri Hebre-ó-rum \* tolléntes ramos o-li-vá-rum,  
obvi- a-vé-runt Dómi-no clamán- tes et di-cén-tes o-sán-  
na in excélsis.


Dominica in ramis palmarum.

---

*Alia antiphona.*

1519:43v; AS:206; Ant-1519:192r; Brev-1531:118r.

Ant. I.ii.



U-e-ri Hebre-ó-rum \* vestiménta prosterné-bant in  
vi- a : et clamá-bant di-cén-tes o-sánna Fí-li- o Da-vid : be-  
ne- díctus qui ve-nit in nómi-ne Dómi-ni.

## ¶ Feria v. in cena Domini.

*In primis fiat reconciliatio penitentium hoc modo : nona cantata eat processio sicut in capite jejunii. Pergat excellentior sacerdos ad ostium ecclesie occidentis, indutus vestibus sacerdotalibus : in cappa serica rubea : cum duobus diaconis albis cum amictibus indutis : absque subdiacono et sine cruce per medium chori precedente vexillo cilicino : sintque presentes in atrio ecclesie qui reconciliandi sunt. Et si episcopus adest principalis archidiaconus ex parte penitentium scilicet extra ostium ecclesie in cappa serica legat hanc lectionem sequentem, que non legatur episcopo absente.*

**A**dest tempus o venerande<sup>58</sup> pón-  
tifex<sup>59</sup> votívum afflítctis, cón-  
gruum peniténtibus, optábile tribu-  
latis. Assunt filii tui pater : quos Deo  
per Spíritum Sanctum vera mater  
ecclésia cum letícia péperit : sed íte-  
rum suadénte diábolo a suo integri-  
tate corrúptos autem míseros factos  
éxules : novis quotídie dolóribus in-  
gemiscit. Pro his suppliciter orant<sup>60</sup> :  
[16r.] quicúnque felíces in sinu suo reman-  
sérint : quiqe divína protegénte se  
cleméntia fide stábiles prestítérunt.  
Parce hódie Pater : et toto bonitátis  
tue ímpetu fluat nobis fons ille David :  
patens in ablutióne menstruáte mu-  
líeris : nulli impróperans, nullum  
rejiciens, nullum exclúdens. Quamvis  
enim a divítiis supérne pietátis nichil  
témporis vacet : nunc tamen lárgior  
est per indulgéntiam remíssio pecca-  
tórum : et copiósior est per grátiam  
assúmptio renascéntium. Accepísti a  
Dómino ánnulum discretiónis et

honórís : ut que signánda sunt signes :  
et que aperiénda sunt prodas, et que  
ligánda sunt liges, et que solvenda  
sunt solvas, atque credéntibus fidem  
baptismátis, lapsis autem et peni-  
téntibus per mystérium reconcili-  
atiónis jánuas regni celéstis apérias.  
Lavant aque : lavant lácrime. María  
flevit : et suscépta est. Negávit após-  
tolus : et quia flevit amaríssime resti-  
tútus est. Publicánus de tholóneo<sup>61</sup>  
apostolátum méruit : latro de cruce  
paradísum intrávit. Suscéptus a Patre  
clementíssimo filius ille júnior qui  
tám porcos pavit : qui patérne here-  
ditatis preciosa stipéndia infelíciter  
dissipávit. Inde étiam est quod hódie  
tui súpplices : póstea quam in várias  
formas críminum : negléctu manda-  
tórum celéstium : et morum proba-  
bílium transgressióne cecidérunt : hu-  
miliáti atque prostráti prophética voce  
dicéntes, Peccávimus cum pátribus  
nostris : injuste égimus, iniquitátem

[fécimus].<sup>62</sup> Manducavérunt sicut scriptum est : panem dolóris lácrimis stratum rigavérunt : cor suum luctu corpus suum afflixérunt jejúniis : ut animárum recíperent quam perdiderat sanitátem. Plorat cum istis : immo pro istis ploráre et oráre non desístit


mater sancta ecclésia : et lácrime ejus in maxíllis ejus : quia [venit]<sup>63</sup> tempus miseréndi ejus. Móveat pietátem tuam [Pater]<sup>64</sup> vox fidélis et flébilis : móveat gémitus et hábitu ipse miserórum.

**C** Finita lectione incipiat episcopus [vel executor officii]<sup>65</sup> antiphonam.

1506:16r; Pro-1519:53v.<sup>66</sup>


Ant.

VI.




E-ní- te. Ve-ní- te. Ve-ní-te.

Scilicet infra predictum ostium conversus ad borealem signum faciendo cum manu dextra ad penitentes quasi illos vocando. Deinde ex parte penitentium scilicet extra ostium dicat ita diaconus.



Flectámus gé-nu-a.

Alius diaconus ex parte episcopi dicat.



Le-vá-te.


**C** Ita dicat tribus vicibus : ita<sup>67</sup> tamen quod post tertiam repetitionem antiphona non dicatur Flectámus génu-a. sed chorus sequatur totam antiphonam cantore incipiente hoc modo.

[Ant.]

VI.




[16v.]



I- li- i audí- te me ti-mó-rem Dómi-ni do-

Feria v. in cena Domini.



cébo vos. *Ps. Be-ne-dí-cam Dómi-num in omni témpo-re :*




*semper laus e-jus in o-re me-o. (xxxij.) Brev. [165].*

*Totus psalmus dicitur sine Glória Patri. et post unumquemque *V.* repetatur antiphona Veníte. Dum psalmus cantatur a toto choro cum antiphona : semper manuatim penitentes ab aliquo presbytero de choro : habitu non mutato : redditur sacerdoti executori officii : et ab ipso restituuntur ecclesie gremio. Tamen si episcopis presens fuerit : penitentes a presbiteris achidiacono : et ab archidiacono redditur episcopo : et ab ipso ecclesie gremio.*


*Quibus expletis processio more solito in chorum redeat. Deinde prosternant se omnes clericis, et dicant septem psalmos penitentiales in choro. 182. Sacerdos vero cum suis ministris per se ante altare dicat cum Glória Patri. et Sicut erat. et cum antiphonam Ne reminiscáris. Qua finita sequatur Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson. Pater noster. et hec omnia sine nota dicuntur : tam a sacerdote cum suis ministris : quam a toto choro.*

*Deinde erigat se sacerdos et dicat super populum conversus ad australem<sup>68</sup> coram dextro cornu altaris sic.*

1506:16v.



[*V.*] Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ónem. [*R.*] Sed lí-be-ra



nos a ma-lo.

[*V.*] Salvos fac servos tuos et ancíllas tuas.

[*R.*] Deus meus sperántes in te.

[*V.*] Convértere Dómine úsquequo.

[*R.*] Et deprecábilis esto super servos tuos.

[V.] Mitte eis Dómine auxílum de sancto.

[R.] Et de Syon tuére eos.

[V.] Adjuva nos Deus salutáris noster.

[R.] Et propter glóriam nóminalis tui Dómine líbera nos : et propícious esto peccátis nostris propter nomen tuum.

[V.] Dómine exáudi oratióne meam.

[R.] Et clamor meus ad te véniat.

[V.] Dóminus vobíscum.


[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**A**désto Dómine supplicatióibus nostris : et me qui étiam misericórdia tua primus indígeo cleménter exáudi, ut<sup>69</sup> quem non electióne mériti sed dono grátie tue constituísti

hujus óperis minístrum : da fidúciam tui múnneris exequéndi : et ipse in nostro ministério quod tue pietátis  
*Et sic finitur.*



est ope-rá-re.

[17r.] Per Dóminum nostrum [Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. [R.] Amen].<sup>70</sup>

*Et dicuntur omnes orationes sequentes cum Orémus. et finiantur sub tono supradicto.  
Non dicitur Dóminus vobscum. nisi ante primam orationem tantum.*

*Alia oratio.*

**D**eus humáni géneris benignissime cónditor, et misericordíssime reformátor : qui hóminem invídia diáboli ab eternitaté dejéctum, únici Fílii tui precioso sanguine redemísti : vivífica hos fámulos tuos quos tibi nullátenus mori desíderas, et qui non derelínquis dévios assúme

corréctos. Móveant pietátem tuam quésumus Dómine horum famulórum tuórum lacrimósa suspíria. Tu eórum médere vulnéribus, tu jacéntibus manum pórrige salutárem : ne ecclésia tua áliqua sui cárporis portióne vastétur : ne grex tuus detriméntum sustíneat, ne de famílie tue damno<sup>71</sup>

inimicus exultet, ne renatos lavácro salutári mors secúnda possídeat. Tibi ergo Dómine súpplices [preces]<sup>72</sup> [offérimus : tibi]<sup>73</sup> cordis et fletum effúndimus : tu parce confítentibus, ut sic in hac mortalitáte peccáta sua te adjuvánte défleant : quátinus in treméndi judíci die senténtiam damnatiónis etérne evádant et nesciant

piíssime Pater : quod terret in ténebris, quod stridet in flammis, atque ab erróris sui via ad iter revérsi justície, nequáquam ultra vulnéribus sauciéntur, sed intégrum sit eis atque perpéatum et quod grácia tua cóntulit : et quod misericórdia tua reformávit. Per [eúndem]<sup>74</sup> Christum [Dóminum nostrum. *R.*] Amen].<sup>75</sup>

Orémus.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnípotens etérne Deus, qui vúlnera nostra curáre dignátus es : te súpplices exorámus et pétimus nos húmiles tui sacerdótes ut nostris prémibus aurem tue pietatis inclináre dignérís<sup>76</sup> : atque ad penitentiam confessióne moveáris, remittásque ómnia crímina : et pecáta univérsa condónes, desque his

fámulis tuis Dómine pro supplíciis véniam, pro meróre letítiā, pro morte vitam. Ut qui ad tantam spem celéstis ápicis devolúti sunt : de tua misericórdia confidéntes, ad bona pacífici prémii tui : atque ad celéstia dona pervenire mereántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

*Hic non dicitur Orémus. sed absolutio.*

**A**bsolvimus vos vice beáti Petri apostolórum príncipis : cui dedit Dóminus potestátem ligándi atque solvéndi, et quantum ad vos pertinet accusátio : et ad nos remíssio : sit vobis omnípotens Deus vita et salus :

et ómnium peccatórum vestrórum pius indúltor. Qui vivit et regnat cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. *[R.] Amen.*

*Et sic surgant omnes a prostratione osculantes terram vel formulas : sacerdote sic dicente Qui vivit. &c.*

*Tamen si episcopus adest : fiat benedictio super populum adhuc prostratione hoc modo. [17v.]*

**B**endictio Dei Patris omnipo~~†~~ - ténxis et Fí~~†~~ lii et Spí~~†~~ ritus

Sancti : descéndat super vos et máneat semper. *R.* Amen.

*Deinde incipiatur missa ut in graduali continetur. (Missale:640.) Et postea tres pueri ante olei consecrationem in superpelliciis ad gradum chori stantes simul cantent hunc hymnum.*

1506:17v; Pro-1519:55r.<sup>77</sup>

Hymn.

I.



Re-démptor sume carnem Te-met conti- nénti- um.

*Chorus idem repeatat post unumquemque versum. Pueri XV.*




XV. Audi ju-dex mortu-ó-rum, Una spes mortá-li- um :



Audi vo-ces pro-fe-réntum, Do-num pa-cis prémi- um.

*Chorus O Redémpтор. Pueri XV.*



XV. Assit Flamen Sacro-sánctum, O-lim per di- lú-vi-



um : Qui ramum tu-lit ó- li-ve Ad archam ec-clé-si- e.

*Chorus O Redémpтор. Pueri XV.*



XV. Arbor fe-ta alma lu-ce, Hoc sacrándum pró-tu- lit :




Fert hec pro-na pre-sens turba, Salva-tó-ri sé-cu-li.


Feria v. in cena Domini.

---

*Chorus O Redémpтор. Pueri XV.*




XV. Conse-crá-re tu digná-re, Rex perhénnis pá-tri- e :




Hoc o-lí-vum signum vi-vum, Contra ju-ra Démonum.

*Chorus O Redémpтор. Pueri XV.*




XV. Ut no-vé-tur sex-us omnis, Uncti- óne crismá- tis : [18r.]




Et me-dé-tur sauci- á-ta, Digni-tá-tis gló-ri- a.

*Chorus O Redémpтор. Pueri XV.*



XV. Stans ad a-ram immo supplex, Insu-lá-tus ponti- fex :



Dé-bi-tum persólvat omne, Consecrá-to crísma-te.

*Chorus O Redémpтор. Pueri XV.*



XV. Lo-ta mente sacro fonte Aufu-gántur crími-na :




Vi-va mente sacro-sáncta Influ-unt ca- rísmá-ta.

Feria v. in cena Domini.

---

*Chorus O Redemptor. Pueri* *V.*




*V. Sic di- es hec festa no-bis Se-cu-ló-rum sé-cu- lis :*



*Sit sacrá- ta laude digna Nec se-néscat témpo-re.*

*Chorus O Redemptor. Pueri* *V.*




*V. Sit hec di- es le-ta cunctis Fésti-va fi-dé-li-bus :*



*Auge fi-dem do-na pa-cem In nostris tempó-ri-bus.*

*Chorus O Redemptor. Pueri* *V.*



*V. Laus perhénnis De-o Pa-tri, Glo-ri- áque Fí-li- o :*




*Honor vir-tus et po-téstas, Ambó-rum Pa- rá-cli-to.*


*Chorus O Redemptor.*

*Post prandium veniant omnes clerici ad ecclesiam ad altaria abluenda et ad mandatum faciendum : ut in processionalibus continetur. (Processionale:129.) Peracta [18v.] ablutione pedem ad mandatum, dictoque sermone accipiant charitatis potum. Quibus rite peractis, unus sacerdotum dicat preces has modo sequenti.*

1506:18v.



[V.] Suscé-pimus De-us mi-se-ri-córdi- am tu- am.



[R.] In mé-di- o templi tui.

[V.] Tu mandásti.

[R.] Mandáta tua custodíri nimis.

[V.] Ecce quam bonum et quam jocúndum.

[R.] Habitáre fratres in unum.

[V.] Dómine exáudi oratióne meam.

[R.] Et clamor meus ad te véniat.

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**A**désto quésumus Dómine officio servitútis nostre : [et]<sup>78</sup> quia tu pedes laváre dignátus es tuis discípulis : ne despícias ópera mánum tuárum que nobis retinénda mandásti : et sicut hec exterióra abluúntur inquinata-

ménta córporum : sic a te ómnium nostrórum interiéra mundéntur pec- cáta. Quod ipse prestare dignétur. Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et gloriáris Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.

*Si vero nullus assit clericus sermonem faciens, ceteris ut prius peractis : post ablutionem pedum dicuntur preces predicte. Deinde legatur sequens evangelium a quodam diacono de secunda forma, in superpelliciis ad modum lectionis cum suo titulo : benedictione prius petita ab excellentiore : fratribus interim caritatis potum sumentibus, et legatur usque ad illum locum Súrgite eámus hinc. et ita recedant.*

*Evangelium secundum Johannem. (xij. 16-xiv. 31.)*

**I**N illo témpore. Dixit<sup>79</sup> Jesus discípulis suis, Amen<sup>80</sup> amen dico vobis : non est servus major dómino suo : neque apóstolus major eo qui

misit illum. Si hec scitis : beáti éritis si fecéritis ea. Non de ómnibus vobis dico. Ego scio quos élégerim : sed ut adimpleátur scriptúra, Qui mandúcat

panem mecum : levábit contra me calcáneum suum. Amodo jam dico vobis priúsquam fiat : ut cum factum fúerit credátiſ quia ego sum. Amen amen dico vobis : quia qui áccipit si quem mísero me áccipit, qui autem me áccipit : áccipit eum qui me misit. Cum hec dixíſſet Jesus : turbátus est spíritu : et protestátus est et dixit, Amen amen dico vobis : quia unus ex vobis me tradet. Aspiciébant ergo adínvicem discípuli : hesitántes de quo díceret. Erat autem recúmbens unus ex discípulis ejus in sinu Jesu.<sup>81</sup> Innuit ergo huic Symon Petrus : et dixit ei, Quis est de quo díicitur.<sup>82</sup> Itaque cum recubuíſſet ille supra pectus Jesu : dixit ei, Dómine quis est ? Respóndit Jesus, Ille est cui ego intíctum panem porréxero. Et cum intinxíſſet panem : trádidiſ ſ Jude Symónis Scharióthis. Et post bucél-lam : introívit in illum Sáthanas. Et dixit ei Jesus, Quod facis : fac cítiuſ. Hoc autem nemo scivit discum-béntium : ad quid díixerit ei. Quidam [19r.] autem putábant quia lóculos habébat Judas : quia dixíſſet ei Jesus, Eme ea que vobis opus sunt ad diem festum : aut egénis ut áliquid daret. Cum ergo accepíſſet ille bucél-lam : exívit con-tínuo. Erat autem nox. Cum au-tem<sup>83</sup> exíſſet : dixit Jesus, Nunc clarificátuſ est Fílius Hóminis : et

Deus glorificátuſ est in eo. Si Deus clarificátuſ est in eo : et Deus clarificábiſ eum in ſemetípſo : et contínuo clarificábiſ eum. Filióli : adhuc módicum vobíſcum ſum. Quéretis me : et ſicut dixi Judéis,<sup>84</sup> Quo ego vado : vos non potéstis veníre. Et vobis dico modo. Man-dátuſ novum do vobis : ut diligátiſ ínvicem ſicut diléxi vos : ut et vos ínvicem diligátiſ. In hoc cognóscent omnes quia discípuli mei eſtis : ſi dilectionem habuéritis adínvicem. Dicit ei Symon Petrus, Dómine quo vadis ? Respóndit Jesus, Quo ego vado : non potes me modo ſequi : ſequérſi autem póstea. Dicit ei Petrus, Quare non poſſum te modo ſequi ? animam meam pro te poṇam. Respóndit Jesus, Animam tuam poṇes pro me ? Amen amen dico tibi : non cantábiſ gallus, donec ter negábiſ me. Et ait discípulis suis, Non turbétur cor vestrū : neque fórmidet. Cré-ditiſ in Deum : et in me crédiſte. In domo Patris mei : mansiónes multe ſunt. Si quo minus dixíſſem vobis : quia vado paráre vobis locum. Et si abíero et preparávero vobis locum : íterum véniam et accípiam vos ad meípſum : ut ubi ego ſum et vos ſit. Et quo ego vado ſcitiſ : et viam ſcitiſ. Dicit ei Thomas, Dómine : nesciuſ quo vadis. Et quómodo poſſumus

viam scire ? Dicit ei Jesus, Ego sum via, véritas, et vita. Nemo venit ad Patrem : nisi per me. Si cognovissétis me : et Patrem meum útique cognovissétis. Et ámodo cognoscétis eum : et vidístis eum. Dicit ei Philíppus, Dómine osténde nobis Patrem : et súfficit nobis. Dixit ei Jesus, Tanto témpore vobícum sum : et non cognovítis me ? Philíppus : qui videt me videt et Patrem meum. Quómodo tu dicis, Osténde nobis Patrem ? Non créditis quia ego in Patre : et Pater in me est ? Verba que ego loquor vobis : a meípsو non loquor. Pater autem in me manens : ipse facit ópera. Non créditis quia ego in Patre et Pater in me est ? Alíoquin propter ipsa ópera crídite. Amen amen dico vobis : qui credit in me, ópera que ego fácio et ipse fáciet : et majóra horum fáciet : quia ego ad Patrem vado. Et quodcúnque petiéritis Patrem in nómine meo, hoc fáciam : ut glorificétur Pater in Fílio. Si quid petiéritis Patrem in nómine meo : hoc faciam. Si dilígitis me, mandáta mea serváte. Et ego rogábo Patrem : et álium Paráclitus dabit vobis : ut máneat vobíscum in etérnum. Spíritum veritatis quem mundus non potest cápere : quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscétis eum : quia apud vos manébit

[19v.]

et in vobis erit. Non relínquam vos órphanos : véniam ad vos. Adhuc módicum : et mundus me jam non videt me. Vos autem vidébitis me : quia ego vivo et vos vivétis. In illo die vos cognoscétis quia ego sum in Patre meo : et vos in me : et ego in vobis. Qui habet mandáta mea et servat ea : ille est qui díligit me. Qui autem díligit me : diligétur a Patre meo. Et ego díligam eum : et manifestábo ei meípsum. Dicit ei Judas : non ille Scarióthis, Dómine quid factum est : quia manifestatúrus es nobis teípsum et non mundo ? Respóndit Jesus et dixit ei, Si quis díligit me : sermónen meum servábit : et Pater meus díliget eum : et ad eum veniémus : et man-siónem apud eum faciémus. Qui non díligit me : sermónes meos non servat. Et sermónen quem audístis non est meus : sed ejus qui misit me Patris. Hec locútus sum vobis : apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus quem mittet Pater in nómine meo : ille vos docébit ómnia et súggeret vobis ómnia quecúmque díxero vobis. Pacem relínquo vobis : pacem meam do vobis. Non quómodo mundus dat : ego do vobis. Non turbétur cor vestrum : neque fórmidet. Audístis quia ego dixi vobis : vado et vénio ad vos. Si diligerétis me, gauderétis útique quia vado ad

Patrem : quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúsqam fiant : ut cum factum fúerit credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit enim princeps mundi hujus : et in me non

habet quicquam. Sed ut cognóscat mundus quia dílico Patrem : et sicut mandátum dedit michi Pater, sic fácio. Súrgite eámus hinc.


## *Sabbato in vigilia pasche.*

*Congregatis clericis in choro : dictaque hora ix. executor officii indutus vestibus sacerdotalibus in cappa serica rubea : diaconus dalmatica : subdiaconus tunica induantur cum ceteris ministris altaris albis cum amictibus indutis : sine lumine in<sup>85</sup> cereis : et sine cruce et sine igne in thuribulo : quidam etiam de prima forma scilicet acolitus in superpelliciis cereum extinctum ex tribus candelis tortis in unum in parte inferiori : et insuper<sup>86</sup> ab invicem divisis : super quandam hastam deferens : et processio procedens post portitorem<sup>87</sup> aque benedicte per medium chori ad fontes et ad novum ignem benedicendum processionaliter eant choro sequente : habitu non mutato : excellentioribus precedentibus. Et ad columnam ex parte australi juxta fontem : ubi sacerdos executor officii ignem benedicat : qui accendatur ibidem videlicet in medio inter duas columnas. In eundo vero dicitur psalmus Dóminus illuminátio. sine nota, es sine Glória Patri. alternatim a toto choro. (Processionale:164.)*

*Hoc modo fiat statio ad ignem benedicendum. Sacerdos vero juxta ignem stet ad orientem conversus : et ad sinistrum ejus stet diaconus, subdiaconus ad sinistrum diaconi, unus vero ceroferarius stet sacerdoti oppositus : ad dextrum cuius stet puer ferens librum proximior sacerdoti, alius vero ceroferarius stet retro sacerdotem, ad dextrum cuius stet portitor aque proximior sacerdote, et ultimo loco retro omnes a parte occidentali stet portitor haste cum cereo, et ex alia parte ignis : videlicet ex parte australi stet thuribularius ad accipendum ignem in thuribulum post benedictionem, omnibus istis ministris ad sacerdotem conversis : choro interim circumstante videlicet ex parte boreali : ut patet ubi protrahitur in statio.<sup>88</sup>*


*Sequatur benedictio ignis solenniter a sacerdos incipiente sic.*

1506:20r.



[V.] Dómi-nus vo-bíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.]



[V.] O-rémus.

[*Oratio.*]

**D**omine Deus noster Pater omnípotens : lumen indeficiens : cónditor ómnium lúminum : exáudi nos fámulos tuos et béne ✕ dic hunc ignem : qui tua sanctificatióne atque benedictióne consecréatur. Tu illúmi- nans omnem hóminem veniéntem in hunc mundum, illúmina consciéncias cordis nostri igne tue caritatis ut tuo igne ígniti, tuo lúmine illumináti : expúlsis a córdibus nostris pecca-

tórum ténebris : ad vitam te illus- trante pervenire mereámur etérnam. Et sicut illuminásti ignem Móysi fámulo tuo per colúmnam ignis am- bulánte in mari Rubro : ita illústra nostrum lumen : ut candéla que de eo fúerit accénsa in hónore majestatis tue semper perséveret benedícta : ut quicúnque ex eo lúmine portáverit sit illuminátus lúmine<sup>89</sup> grátie

1506:20r; Pro-1519:72v.<sup>90</sup>

spi-ri-tu- á-lis. Per Dómi-num nostrum &c. se-cu-ló-rum.

[*R.*] Amen.

**C**onclausum est. Omnes orationes dicuntur cum Orémus. sub tono predicto. Hic aspergatur aqua benedicta super ignem. Deinde dicatur Dóminus vobíscum. et Orémus.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnípotens etérne Deus bene ✕ dícere et sanctificáre dignéris ignem istum : quem nos indígni per invocatiómem unigéniti Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi : benedícere presúmimus, tu

clementíssime Pater eum tua benedictióne san ✕ ctífica : et ad proféc- tum géneris humáni pervenire con- céde. Per eúndem Christum Dómi- num nostrum. [*R.* Amen.]

Orémus.

[*Oratio.*]<sup>91</sup>

[20v.] **C**Elésti nos lúmine quésimus  
Dómine semper [hic]<sup>92</sup> et u-  
bique [nos]<sup>93</sup> préveni : ut mystérium  
cujus nos partípices esse voluísti : et

puro cernámus intúitu : et digno  
percipiámus effectu. Per Dóminum  
[nostrum] Jesu Christum Fílium  
tuum].<sup>94</sup>

**C** Deinde sequatur benedictio thymiamatis sive incensi hoc modo.

**C**Xorcízo te immundíssime spí-  
ritus : et omne fantasma inimíci.  
In nómine Dei Patris omnipoténtis :  
et in nómine Fílii ejus Jesu Christi  
Dómini nostri : [et [in virtúte]<sup>95</sup>  
Spíritus Sancti :]<sup>96</sup> ut éxeas et recédas  
ab hac creatúra thymiamátis sive in-  
cénsi : cum omni fallácia atque  
nequitia tua, ut sit hec creatúra  
sanctificáta in nómine ejúsdem Dó-  
mini nostri Jesu Christi : ut omnes  
gustántes, tangéntes, sive odorántes  
eam : virtútem et auxílium percípiant

Spíritus Sancti. Ita ut ubicúnque hoc  
incénum vel thymiáma fúerit : íbi-  
dem nullátenus appropinquáre áudeas :  
nec advérsa inférre presúmas : sed  
quicúnque spíritus immúnde es, cum  
omni versútia tua<sup>97</sup> procul inde fúgias  
atque discédas adjurátus. Per virtú-  
tem et nomen<sup>98</sup> Dei Patris om-  
nipoténtis et Jesu Christi Fílii ejus  
Dómini nostri : qui ventúrus est in  
Spíritu Sancto judicáre vivos et  
mórtuos : et te prevaricatórem : et  
séculum per ignem. Amen.

[Orémus.]<sup>99</sup>

*Oratio.*

**C**Térnam ac justissimam pietátem  
tuam deprecámur Dómine sanc-  
te Pater omnípotens etérne Deus ut  
bene ✕ dícere dignéris hanc thymia-  
mátis vel incénsi spéciem : ut sit  
incénsi majestáti tue in odórem  
suavítatis accéptum, sit a te hec  
spécies benedícta, sit per invocati-  
ónem sancti nóminis tui sanctificáta :

ut ubicúnque fumus ejus pervénerit :  
extricétur et effugétur omne genus  
demoniòrum : sicut incénum jécoris  
piscis quem Ráphael archángelus  
Thobíam fámulum tuum dócuit :  
cum ascéndit ad Sare liberatióne.  
Per Christum Dóminum nostrum.  
[R.] [Amen.]<sup>100</sup>

Orémus.

[*Oratio.*]<sup>101</sup>

**D**escéndat benédictio tua Dómi-ne super hanc spéciem incénsi et thymiamátis : sicut in illo die de quo David prophéta tuus cécinit dicens, Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo. Sit nobis odor consolationis suavitatis et grátie : ut fumo isto effugétur omne fantásma inimíci mentis et cóporis : ut simus Pauli apóstoli voce bonus odor Deo. Effúgiant a fácie hujus incénsi et thymiamátis omnes demónis incúrsus sicut pulvis a fácie venti : et sicut [cera]<sup>102</sup> a fácie ignis. Presta hoc piíssime Pater boni odoris incénsum ad opus ecclésie tue : ob causam religiónis júgiter permanére : ut

mýstica nobis significatióne spiritu-álium virtútum fragrans osténdat odor suavitátem. Tua ergo quésumus om-nípotens Deus imménde majestatis déxtera hanc creatúram bene $\blacksquare$  dícere ex diversárum rerum commixtióne confectam dignáre : ut<sup>103</sup> in virtúte sancti tui nóminis omnes immun-dórum spírituum fantásticos incúrsus effugáre : omnésque morbos réddita sanitáte expéllere : ut ubicúnque [21r.] fumus arómatum ejus affláverit : mirabíliter possit atque in odore fragrantíssimo tibi perpétua suavitáte redolére. Per Christum Dóminum nostrum. [*R.*] Amen.

**C** Postea impleatur thuribulum de carbonibus cum incenso, et incensetur novus ignis : deinde accendatur cereus super bastam de novo igne : ceteris luminaribus prius extinctis : et redeat processis more solito in chorum. In redeundo duo clérici de secunda forma in superpelliciis post sacerdotem incedentes : cantent hos versus sequentes hoc modo.


1506:21r; Pro-1519:62v.<sup>104</sup>

Hymn.

II.



Nvéntor rú-ti-li dux bone lúmi-nis, Qui certis



ví-ci-bus témpo-ra di-ví-dis : Merso so-le cha-os íngru-it

Sabbato in vigilia pasche.

---




hórri-dum, Lumen red-de tu- is Christe fi-dé-li- bus.

*Chorus idem repetat post unumquemque X.*

*Clerici.*




X. Quamvis in núme-ro sý-de-re ré-gi- am, Lu-na-rí-que




po-lum lámpa-de pínxe- ris : Incúrsu sí-li-cis lú-mi-na nos




ta-men, Monstras sax- í-genó sémi-ne qué-re- re.



X. Ne nésci- ret homo spem si-bi lúmi-nis, In Chris-ti só-



li-do córpo-re cóndi- tam : Qui di-ci stá-bi-lem se vó-lu- it




pe-tram, Nostris ig-ní-cu-lis unde ge-nus ve- nit.



X. Splendent er-go tu- is mu-né-ri-bus Chris-ti, Flammis [21v.]


Sabbato in vigilia pasche.



mo- bí-li-bus scí-li-cet á-tri- a : Absentémque di- em lux a-  
git ému- la, Quam nox cum lá-ce-ro victa fu-git pe-plo.



¶. Per quem splen-dor honor laus sa-pi- énti- a, Má-jestas




bó-ni-tas et pí- e-tas tu- a : Regnum contí-nu- ant nú-mi-ne  
trípli- ci, Tex-ens per-pé-tu- is sé-cu-la sé-cu- lis.

*Quo cantato sequatur benedictio cerei paschalis ab ipso diacono ad processionem induito post acceptam benedictionem ad borealem converso ad gradum presbyterii ceroferariis diacono assistentibus uno a dextris reliquo a sinistris ad ipsum conversis cereis extinctis. Subdiaconus vero textum tenens stet ei oppositus, juxta quem stet portitor haste ex una parte et ceroferarius cujuscunque parvi cerei ad fontes benedicendos ex altera parte eodem modo conversi, post diaconum verso stet thuribularius.<sup>105</sup>*

*Diaconus accepta prius benedictione a sacerdote executori officii dicat Exultet jam angélica turba celórum exultet. et cetera quam Zozinius papa<sup>106</sup> constituit sic.*

1506:21v, Pro-1519:74r.<sup>107</sup>



X-úl-et jam angé-li-ca turba ce-ló- rum, ex-últent

Sabbato in vigilia pasche.

di-ví-na misté- ri- a : et pro tan- ti re-gis victó- ri- a,  
tu-ba íntonet sa-lu- tá- ris. Gáu- de- at se tel-lus [22r.]  
tantis ir-ra-di- á-ta fulgó- ri-bus, et e-térni re-gis splendó-  
re lustrá- ta : tó-ti- us orbis se sén-ti- at, a-mi-sís-se  
ca- lí-gi- nem. Le-té-tur et ma-ter ecclé- si- a, tan- ti  
lúmi-nis a-dorná-ta fulgó- ri-bus : et magnis popu-ló-rum  
vó- ci-bus hec au-la re- súl- tet. Quaprópter astánti-bus  
no-bis fratres cha-rís- simi, ad tam mi-ram sancti hu-jus

Sabbato in vigilia pasche.

lúmi-nis cla-ri-tá- tem : u-na me-cum que-so De- i omni-  
po-tén-tis, mi- se-ri-córdi- am invo- cá- te. Ut quid  
me non me- is mé-ri- tis, intra Le-vi-tá-rum núme-rum  
aggre-gá-re dig-ná-tus est : lúmi-nis su- i grá-ti- a infun-  
dén-te ce-ré- i hu- jus, laudem implé-re per- fi-ci- at.  
[22v.] Per Dómi-num nostrum Je-sum Chris-tum Fí-li- um su- um :  
qui cum e- o vi- vit et regnat De- us in u-ni-tá- te Spí-ri-  
tus Sancti.

Sabbato in vigilia pasche.



Er ómni- a sé- cu-la se-cu-ló- rum. *R*. Amen.

*V*. Dómi-nus vo-bís-cum. *R*. Et cum spí-ri-tu tu- o.

*V*. Sur-sum cor-da. *R*. Ha-bémus ad Dómi-num.

*V*. Grá- ti- as a-gá-mus Dómi-no De-o nostro.

*R*. Dignum et justum est.



E- re qui- a dignum et justum est, invi-sí-bi-lem

De- um omni-po-téntem Patrem Fi-li- úmque e-jus

u-ni- génti- um Dómi-num nostrum Je- sum Christum,

cum Sancto Spí- ri-tu to-to cordis ac mentis af- féc-

Sabbato in vigilia pasche.

tu et vo-cis mi-nisté-ri-o perso-ná-re. Qui pro no-

bis e-térno pá-tri-a de dé-bi-tum solvit : et vé-te-ris pi-á-

cu-li cau-ti-ónem pi-o cru-ó-re de-tér-sit. Hec sunt

[23r.] e-nim festa pas-chá-li-a in qui-bus ve-rus il-le agnus

oc-cí-di-tur e-júsque sanguí-ne pos-tes consecrántur.

Hec nox est in qua primum patres nostros, fí-li-os

Isra-el e-dúctos de Egýp-to ru-brum ma-re sic-co ves-

tí-gi-o transí-re fe-cís-ti. Hec í-gi-tur nox est

que pec-ca-tó-rum té-nebras, co-lúmne il-lumi-na-ti-ó-

Sabbato in vigilia pasche.



ne purgá- vit. Hec nox est que hó-di- e per u-ni-  
vérum mundum in Christo cre- dentes, a ví-ci- is sé-cu-li  
segre- gá-tos et ca-lí-gi-ne pecca-tó-rum red-dit grá-ti- e,  
só- ci- at sancti-tá- ti. Hec nox est in  
qua destrúctis víncu-lis mortis Chris-tus ab ífe-ris victor  
ascén- dit. Ni-chil e-nim no-bis nasci pró-fu- it, ni- si [23v.]  
ré- dimi pro-fu- ís- set. O mi- ra circa nos tu-e  
pi- e-tá- tis digná- ti- o. O in-es-timá- bi- lis  
di-lécti- o cha-ri- tá-tis : ut ser-vum re-díme-res Fí-li-

Sabbato in vigilia pasche.


um tra-di-dís- ti. O cer- te ne-cessá-ri- um Ade pec-  
cá-tum et nostrum quod Chris- ti morte de-lé- tum est.  
O fe-lix cul-pa que ta-lem ac tan-tum mé-ru- it ha-  
bé-re re-demptó- rem. O cer-te be- á-ta nox  
que so-la mé-ru- it sci-re tempus et ho-ram in qua Chris-  
tus ab ín-fe-ris re-surré- xit. Hec nos est  
de qua scriptum est : et nox ut di- es il-lumi-ná-bi-tur, et  
nox il-lumi-ná-ti- o me- a in de-lí- ci- is me- is.  
[24r.] Hu- jus í-gi-tur sancti-fi-cá-ti- o noctis fu- gat scé-

Sabbato in vigilia pasche.

---



*Hic ponatur incensum ab ipso diaconus in cereum sive in candelabrum in modum crucis : similiter in parvum cereum portatore accedente.*




Sabbato in vigilia pasche.



pre-có-ni- a nó-vimus quam in honó-rem De- i rú-ti-lans  
ig-nis accén- dit.

[24v.] **C** *Hic accendatur cereus paschalis et sic ardeat continue usque post completorium in die pasche, accendantur etiam quotidie per ebdomadam pasche at matutinas et ad missam et ad vesperas similiter fiat in octavis pasche. Omnibus vero dominicis ab octavis pasche usque ad ascensionem Domini ad missam tantum accendatur. In die vero ascensionis Domini sicut in octavis pasche accendatur etiam in his festis scilicet Marci evangeliste, Philippi et Jacobi tantum. In annunciatione vero beate Marie, quando post octavas pasche celebratur, et in inventione crucis sicut in octavis pasche accenditur.*



Qui li- cet di-ví-sus in partes


*Hic accendatur omnia luminari per ecclesiam.*




mu-tu- á-ti lúmi-nis detriménta non no-vit, á-li- tur li-



quán-ti-bus cé-re-ris, quas in substánti- am pre-ci- ó- se



hu- jus lámpa-dis a-pis ma-ter e-dú- xit. O



be- á-ta nox que expo-li- á-vit E- gypti- os,

Sabbato in vigilia pasche.


di-tá-vit Hebré-os, nox in qua terré-nis ce-lésti- a jun-  
gún- tur. O- rámus te Dó- mi-ne : ut cé-re-  
us iste in honó- rem nó-mi-nis tu- i con- se- crá-tus  
ad noctis hu- jus ca-lí-gi-nem desstru- éndam, in de-  
fi-ci- ens per-se-vé- ret. In odó-rem su- a- vi-tá- tis [25r.]  
ac- céptus su-pér- nis lumi-ná-ri-bus misce- á- tur. Flam-  
mas e-jus lú-ci-fer ma-tu-tí- nus invé- ni- at. Il- le  
inquam lú-ci-fer qui nescit occá- sum. Il- le  
qui regréssus ab ínfe-ris, hu-má-no gé-ne-ri se-ré-nus

Sabbato in vigilia pasche.

il-lú-xit. Pre-cámur ergo te Dó-mi-ne ut  
nos fámu-los tu-os omnem cle-rum et de-vo-tíssi-mum  
pópu-lum : u-na cum patre nostro pa-pa N. at-  
que re-ge nostro N. necnon et e-píscopo nostro  
N. qui-é-te témpo-rum con-céssa in hiis paschá-  
li-bus gáudi- is conser-vá- re dig- ris. Qui sem-per vi-vis  
[25v.] regnas ímpe- ras nec-non et glo-ri- á- ris so-lus De-  
us so-lus al- tíssi-mus Je-su Chris-te cum Sanc-  
to Spí-ri- tu in gló-ri- a De-i Pa-tris.

Sabbato in vigilia pasche.

---



A- men.

**C** Notandum est quod candelabrum cum cereo paschali debet ammoveri feria vj. in crastinum ascensionis Domini ante missam. Cereus iste Christum designat sive columnam que fuit Hebreis : scilicet lux noctis et umbra diei.<sup>108</sup>

## *Ordo ad catechumenum faciendum.*

*In primis deferatur infans ad valvas ecclesie : et inquirat sacerdos ab obstetricie utrum sit infans masculus an<sup>109</sup> femina. Deinde si infans fuerit baptisatus domi : et quo nomine vocari debeat : licet enim baptisatus fuerit domi propter periculum mortis : tamen totum habeat subsequens servitium : preter immersionem aque et quo nomine debet vocari.*

¶ *Masculus autem statuetur a dextris sacerdotis : mulier vero a sinistris. His quesitis faciat signum crucis cum pollice in fronte infantis ita dicens,*

*Signum Sal [✚]<sup>110</sup> vatóris Dómini nostri Jesu Christi in frontem tuum pono.<sup>111</sup>  
et postea in pectore ita dicendo,*

*Sigum Sal [✚]<sup>112</sup> vatóris Dómini nostri Jesu Christi in pectus tuum pono.<sup>113</sup>*

¶ *Deinde tenens manum dexteram super caput infantis dicat Dóminus vobíscum. et Orémus.*

### [*Oratio.*]

**P** Mnípotens sempitérne Deus  
Pater Dómini nostri Jesu  
Christi : respícere dignáre super hunc  
fámulum tuum *vel* hanc fámulam  
tuam. *Hic primo inquirat sacerdos no-*  
*men infantis : et respondeant patrum.*  
*N.* quem *vel* quam ad rudiménta fidei  
vocári dignátus es : omnem cecitátem  
cordis ab eo *vel* ea expélle, disrúmpe  
omnes láqueos Sáthane quibus fúerit  
colligátus *vel* colligáta. Aperi ei Dó-

mine jánuam pietátis tue : ut signo  
sapiéntie tue imbútus *vel* imbúta óm-  
nium cupiditátum fetóribus cáreat : et  
ad suávem odórem preceptórum tuó-  
rum letus *vel* leta tibi in ecclésia tua  
desérviat : et proficiat de die in diem  
ut idóneus *vel* idónea efficiátur accé-  
dere ad grátiam baptísmi tui percépta  
medicína. Per eúndem Christum Dó-  
minum nostrum. Amen.

*Deinde dicatur oratio sine Dóminus vobíscum.<sup>114</sup> sed cum Orémus.*

### *Oratio.*

[26r.] **P** Reces nostraras quésimus Dómine  
cleménter exáudi : et hunc *vel*  
hanc eléctum *vel* eléctam tuum *vel*  
tuam. <sup>115</sup>*Hic patrini et matrine nomi-*  
*nent puerum N.* crucis Domínice :  
cujus impressióne *Hic faciat sacerdos*

*crucem in fronte infántis, eum<sup>116</sup> *vel*  
eam signámus virtúte custódi : ut  
magnitúdinis glórie tue rudiménta  
sevans per custódiam mandatórum  
tuórum ad nove regeneratiónis gló-  
riam pervenire<sup>117</sup> mereátur. Per*

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

Christum Dóminum nostrum.

Amen.

*Oratio.*

**D**EUS qui humáni géneris ita es cónditor ut sis étiam refor-mátor, propiciáre pópolis adoptívís : et novo testaménto sóbolem nove

prolis ascríbe : ut Fílii pomissiónis quod non potuérunt assequi per natúram : gáudeant se recepísse per grátiam. Per Dóminum nostrum.

**C** Exorcismus salis, sine Orémus.

**X**orcízo te creatúra salis<sup>118</sup> in nómine Dei Patris omnipoténtis : et in charítate Dómini nostri Jesu Christi : et in virtúte Spíritus Sancti. Exorcíso te per Deum vivum : per Deum verum : per Deum sanctum : per Deum qui te ad tutélam humáni géneris procreávit : et pópulo veniénti ad crudelitátem per servos tuos consecrári précepit : ut in nómine Sancte Trinitatis efficiáris salutáre

sacraméntum ad effugándum inimícum. Proínde rogamus te Dómine Deus noster : ut hanc *hic respiciat sacerdos sal*, creatúram salis sanctifi-cándo sanctí ✕ fices : benedicéndo bene ✕ dicas, ut fiat ómnibus accipi-éntibus perfécta medicína pérmans in viscéribus eórum [virtúte]<sup>119</sup> ejús-dem Dómini nostri Jesu Christi : qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos séculum per ignem. *R* Amen.

**C** Postea interroget sacerdos nomen pueri : et ponat de ipso sale in ore ejus dicendo, *N*. áccipe salem sapiéntie ut propiciátus<sup>120</sup> sit tibi Deus in vitam etérnam. Amen.

*Post salem datum dicat sacerdos super masculum vel feminam, Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**EUS Patrum nostrórum : Deus univérse cónditor creatúre : te suplices exorámus hunc *vel* hanc fámulum tuum<sup>121</sup> *vel* hanc fámulam tuam. *N*. respícere dignéris propícius : et hoc primum pábulum salis gustántem non diútius esuríre permítta : quo minus cibo explé-

árur<sup>122</sup> celésti : quátinus sit semper Dómine Spíritu servens : spe gaudens : tuo nómini sérviens : et perduc eum *vel* eam ad nove regeneratiónis lavácrum : ut cum fidélibus tuis promissiónum tuárum etérra pémia cónsequi mereátur. Per Dóminum nostrum.

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

*Sequatur oratio super masculum tantum sine Dóminus vobíscum. sed cum Orémus.  
verte ad feminam.*

[*Oratio.*]

**D**eus Abraham, Deus Ysaac,  
Deus Jacob : Deus qui Móysi  
fámulo tuo in monte Sýnai apparuísti :  
et filios Israel de terra<sup>123</sup> Egýpti  
eduxísti : députans eis ángelum  
[26v.] pietatis tue : qui custodíret eos die ac

nocte : te quésimus Dómine ut  
míttere dignérís sanctum ángelum  
tuum de celis qui simíliter custódiat  
hunc fámulum tuum *N.* et perdúcat  
eum ad grátiam baptísmi tui. *sine* Per  
Christum.

**C** Adjuratio super masculum sine Dóminus vobíscum, et sine Orémus. *sacerdos sic dicente.*

**C** Rgo maledícte diábole, recog-  
nósce senténtiam tuam, et da  
honórem Deo vivo et vero : da  
honórem Jesu Christo Fílio ejus et  
Spíritu Sancto : et recéde ab hoc  
fámulo Dei *N.* quia istum sibi Deus :  
et Dóminus noster Jesus Christus, ad  
suam sanctam grátiam et benedi-  
ciónem, fontémque baptismátis :

dono Spíritus Sancti vocáre dignátus  
est, et hoc signum sancte cru~~+~~cis,  
*bic faciat sacerdos signum crucis in*  
*fronte ingantis cum pollice suo ita dicens,*  
quod nos fronti ejus impónimus, tu  
maledícte diábole, nunquam áudeas  
violáre. Per eum qui ventúrus est  
judicáre vivos et mórtuos et séculum  
per ignem. *R.* Amen.

*Hec sequens oratio dicitur super masculum tantum sine Dóminus vobíscum, et sine Orémus.*

**D**eus immortále<sup>124</sup> presídium  
ómnia postulántium, liberáto  
súpplicum, pax rogántium, vita  
credéntium, resurréctio mortórum :  
te ínvoco super hunc fámulum tuum  
*N.* qui baptísmi tui donum petens :  
etérnam cósequi grátiam spirituálí  
regeneratióne desíderat. Accipe eum  
Dómine : et quia dignátus es dícere :  
petíte et accipiétis : quérите et

inveniétis : pulsáte et aperiétur vobis :  
peténti ítaque prémium pórrige : et  
jánuam pande pulsánti : ut etérnam  
celéstis lavácri benedictiónem conse-  
cútus : promíssa tui númeris regna  
percípiat. Qui vivis et regnas cum  
Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti  
Deus : per ómnia sécula seculórum.  
[*R.*]<sup>125</sup> Amen.

**C** Adjuratio super masculum tantum sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus. hoc modo.

**A** Udi maledícte Sáthana adjurátus per nomen eténni Dei et salvatóris nostri Fílli ejus : cum tua victus invídia tremens geménsque discéde : nichil tibi sit commúne cum servo Dei N. jam celéstia cogitánti, renunciatúro tibi ac século tuo : et beáte immortalitáti victúro. Da ígitur honórem adveniénti Spirítui Sancto : qui ex summa celi arce descéndens,

perturbátis fráudibus tuis, divíno fonte purgátum pectus : id est sanctificátum Deo templum et habitáculum perficiat : ut a ómnibus pénitutis nóxiis preteritórum críminum liberátus : hic servus Dei gráttias perhenni Deo réferat semper : et benedícat nomen ejus sanctum in sécula seculórum amen.

**C** Exorcismus super masculum sine Orémus.

**E** Xorcízo te immúnde spíritus in nómine Dei Patris : et Fílli : et Spíritus Sancti : ut éxeas et recédas ab hoc fámulo Dei respice N. ipse enim

tibi ímparat maledícte damnáte atque damnánde : qui pédibus super mare [27r.] ambalávit, et Petro mergénti déxeram porréxit.

Sequatur adjuratio Ergo maledícte. ut supra. 74.

Hec sequens oratio dicatur super feminam tantum sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus.

**D** Eus celi, Deus terre, Deus angelórum, Deus archangelórum, Deus patriarchárum, Deus prophétarum, Deus apostolórum, Deus mártirum, Deus confessórum, Deus vírginum, Deus ómnium bene vivén-

tium, Deus cui omnis lingua confítetur, et omne genu fléctitur : celéstium, terréstrium, et infernórum : te ínvoco Dómine super hanc fámulam tuam respice N. ut perdúcere eam dignérás ad grátiam baptísmi tui.

**C** Sequatur adjuratio super feminam.

**E** Rgo maledícte diábole recognósce senténtiam tuam, et da<sup>126</sup> honórem Deo vivo et vero, et honórem Jesu Christo Fílio ejus et

Spirítui Sancto : et recéde ab hac fámula Dei N. quia istam sibi Deus et Dóminus noster Jesus Christus, ad suam sanctam grátiam et bene-

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

dictiónem, fontémque baptismátis, dono Spíritus Sancti vocére dignatus est, et hoc signum sancte crucis hic faciat sacerdos signum crucis in fronte intantis cum pollice dicens quod nos

fronti ejus damus, tu maledícte diábole, nunquam áudeas violáre. Per eum qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et séculum per ignem. *R:* Amen.

**C** Item super feminam tantum dicitur sequens oratio sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus.

**D**eus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus qui tribus Israel de Egýptia<sup>127</sup> servítute liberásti, et per Móysen fámulum tuum de custódia mandatórum tuórum in desérto mó-

nuisti, et Susánnam de falso crímine liberásti : te supplex déprecor Dómine et líberes ut hanc fámulam tuam respice N. et perdúcere eam dignérís ad grátiam baptísmi tui.

*Sequatur adjuratio Ergo maledícte. ut supra. 74.*

*Exorcismus super feminam tantum sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus.*

**E**xorcízo te immúnde spíritus per Patrem et Fílium et Spíritum sanctum : ut éxeas et recédas ab hac fámula Dei respice N. ipse enim tibi

ímparat maledícte damnáte, atque damnánde : qui ceco nato óculos apéruit et quatriduánum Lázarum de monuménto suscitávit.

*Sequatur adjuratio Ergo maledícte. ut supra. 74.*

*Exinde tam super masculos quam super feminas dicantur orationes sequentes sine Dóminus vobíscum. et sine Orémus.*

*Hic faciat sacerdos crucem cum pollice in fronte infantis : tenensque manum super caput ejus dicat.*

**E**térnum ac justíssimam pie-tátem tuam déprecor Dómine sancte Pater omnípotens etérne : qui es<sup>128</sup> auctor lúminis et veritátis [: respice]<sup>129</sup> super hunc fámulum tuum vel hanc fámulam tuam respice N. ut dignérís illum vel illam illumináre lúmine intelligéntie tue. Munda eum

vel eam et sanctífi ca, da ei sciéntiam veram : ut dignus vel digna efficiátur accédere ad grátiam baptísmi tui : téneat firmam spem, consílium rectum, doctrínam sanctam : ut aptus vel apta sit ad percipiéndam grátiam baptísmi tui. Per Christum Dónum nostrum.

*Sine Orémus. Oratio sequatur.*

**P**Ec te latet Sáthana imminére tibi penas, imminére tibi tormenta, imminére tibi diem judíci, diem supplíci sempitérni, diem qui ventúrus est velut clibánus ardens : in quo tibi atque univérsis ángelis tuis etérnus supervéniet intéritus. Et ídeo pro tua nequícia damnáte atque damnánde da honórem Deo vivo et vero : da honórem Jesu Christo Fílio ejus : da honórem Spirítui Sancto Paráclito : in cujus nómine atque virtúte precípicio tibi quicúnque es<sup>130</sup>

spíritus immúnde : ut éxeas et recédas ab hoc fámulo Dei *vel* ab hac fámula Dei *respice N.* quem *vel* quam hódie idem Deus et Dóminus noster Jesus Christus ad suam sanctam grátiam et benedictióinem fontémque baptismátis vocáre dignátus est : ut fiat ejus templum per aquam regeneratióis in remissiónem ómnium peccatórum suórum. In nómine ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi. Qui ventúrus et judicáre vivos et mórtuos et séculum per ignem. *R.* Amen.

**C** *Hic dictis dicat Sacerdos : Dóminus vobíscum.*

[*R.*] [Et cum spíritu tuo.]<sup>131</sup>

**C** *Evangelium secundum Mattheum. (xix. 14-15.)*

**P**IN illo témpore. Obláti sunt Jesu párvuli : ut manus eis impóneret et oráret. Discípuli autem ejus increpábant eos. Jesus autem ait illis, Síni-

te párvulos et nolíte prohibére eos veníre ad me<sup>132</sup> : tálum est enim regnum celórum. Et cum imposuisset eis manum<sup>133</sup> : ábiit inde.

**C** *Deinde sputat sacerdos in sinistra manu<sup>134</sup> : et tangat aures et nares infantis cum pollice suo dextero de sputo, dicendo ad aurem dexteram, Efféta, quod est adaperíre.<sup>135</sup> ad nares, In odórem suavitatis. ad aurem sinistram, Tu autem effugáre diábole : appropinquábit enim judícum Dei.*

**C** *Postea dicat sacerdos compatribus et commatribus una cum omnibus circunstantibus ut ipsi dicant adinvicem, Pater noster. et Ave María. et Credo in Deum. quas etiam ipse sacerdos dicat cunctis audientibus, videlicet modeste et distincte sic.*

**P**Ater noster qui es in celis : sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua sicut in celo et in terra. Panem

nostrum quotidiánum da nobis hodie, et dimítte nobis débita nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatióne.

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

Sed líbera nos a malo. Amen.

[28r.] **A**ve María grátia plena Dóminus tecum : benédicta tu in muliéri-

**C**redo in Deum Patrem omnipo-téntem Creatórem celi et terre : et in Jesum Christum Fílium ejus únicum Dóminum nostrum : qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María vírgine, passus sub Póntio Pyláto crucifixus mórtuus et sepúltus : descéndit ad inférra, tértia die resurréxit a mórtuis, ascéndit ad celos,

bus : et benedictus fructus ventris tui Jesus. Amen.

sedet ad déxteram Dei Patris omnipo-téntis : inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos.

Credo in Spíritum Sanctum, sanctam ecclésiam cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem pecca-tórum, carnis resurrectiómem, et vitam etérnam. Amen.

**C** <sup>136</sup> *His dictis faciat sacerdos signum crucis in manu dextera infantis interrogato ejus nomine ita dicens, N. Trado tibi signáculum Dómini nostri Jesu Christi in manu tua déxtera : ut te signes et te de advérsa parte repéllas, et in fide cathólica permáneas, et hábeas vitam etérnam et vivas in sécula seculórum. Amen.*

**C** Postea dicat sacerdos benedicendo infantem sic, Benedictio Dei Patris omnipoténtis et Fílii et Spíritus Sancti : descéndat super te et máneat semper. *Rx. Amen.*

**C** Postea introducat cathecuminum per manum dexteram in ecclesiam, interrogato nomine ejus dicens *N.* Ingrédere in templum Dei : ut hábeas vitam etérnam et vivas in sécula seculórum amen.

[*Benedictio fontis.*]

**C** Quando fuerit fons mundandus et de pura aqua renovandus quod sepe debet fieri propter aqua corruptionem<sup>137</sup> tunc dicatur sequens letania : et benedicitur fons modo sequenti [cum cereo accenso].<sup>138</sup> Et nota quod aqua baptismatis non debet mutari propter honorem alicujus potentis nisi fuerit corrupta.

**C** Nota quod aqua benedicta fontium in vigilia pasche et penthecostes non aspergatur per ecclesiam : sed aliqua alia aqua benedicta more solito sicut in aliis Dominicis diebus.

**C** Memorialiter retinendum est quod aqua benedicta circa fontes est aspergenda sed non aqua fontium : utrum crismate fuerit sanctificata vel<sup>139</sup> non. Quoniam in decretis origi-

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

*nalibus sanctorum patrum Clementis et Paschasii paparum<sup>140</sup> invenitur quod aqua fontium non est aqua aspersionis sed baptismatis et purgationis : unde caveat unusquisque sacerdos ne illa aqua tangat nisi quos baptisat : quia non est opus ut baptisati iterum baptizentur. Cesset ergo stulta presumptionis aspersio tam in vigilia pasche et penthecostes quam in omnibus ceteris diebus quia per ecclesiam Romanam cunctis christianis sub pena excommunicationis majoris est inhibita.<sup>141</sup>*

**C** Hic incipit letania hoc modo.

**C** Godfadyrs and godmodyrs all<sup>142</sup> that be here about say in the worshyppe of God and our Ladye and of the xij. apostelles a Pater noster. and Ave María. and Credo in Deum.<sup>143</sup> that we maye so mynster this blessid sacrament that it maye be to the pleasure of almyghty God and confusyon of our goostly enemy and salvacion of the soule of this chyld.

[28v.]

**C** Godfoders and godmodyrs of this chylde we charge you that ye charge the fader and the moder to kepe it from fyre and water and other perilles to the age of vij. yeres, and that ye lerne or se it be lerned<sup>144</sup> the Pater noster. Ave María. and Credo in Deum.<sup>145</sup> after the lawe of all holy churche and in all goodly haste to be confermed of my lord of the diocese or of his depute and that the moder bringe ayen the crysom at bir puryficacyon and wasshe your bande or ye de parte the churche.<sup>146</sup>

[**C** Sequuntur letanie.]<sup>147</sup> (Processionale:184.)

**K** Yrieléyson. Christeléyson. Kyri-  
eléyson.  
Christe audi nos.  
Pater de celis Deus miserére nobis.  
Fili Redémptor mundi Deus :  
  miserére nobis.  
Spíritus Sancte Deus miserére nobis.  
Sancta Trínitas unus Deus  
  miserére nobis.  
Sancta María,                         ora pro nobis.  
Sancta Dei génetrix,                 ora.  
Sancta Virgo vírginum,             ora.  
Sancte Míchael                         ora.  
Sancte Gábriel                         ora.

Sancte Ráphael                         ora.  
Omnes sancti ángeli et archángeli  
    Dei,                                  oráte pro nobis.  
Omnes sancti beatórum Spirítuum  
    órdes,                                  oráte pro nobis.  
Sancte Johánnes baptísta             ora.  
Omnes sancti patriárche et prophéte,  
  orate.  
Sancte Petre                             ora.  
Sancte Paule                            ora.  
Sancte Andréa                         ora.  
Sancte Johánnes                        ora.  
Sancti Jacóbe                         ora.  
Sancte Thoma                         ora.

Ordo ad catechumenum faciendum.


---

Sancte Philíppé	ora.	Sancte Leo	ora.
Sancte Jacóbe	ora.	Sancte Hierónime	ora.
Sancte Matthée	ora.	Sancte Augustíne	ora.
Sancte Bartholomée	ora.	Sancte Ysidóre	ora.
Sancte Symon	ora.	Sancte Juliáne	ora.
Sancte Thádee	ora.	Sancte Gildárde	ora.
Sancte Máthia	ora.	Sancte Medárde	ora.
Sancte Bárnaba	ora.	Sancte Albine	ora.
Sancte Marce	ora.	Sancte Eusébi	ora.
Sancte Luca,	ora.	Sancte Swithúne	ora. [29r.]
Omnes sancti apóstoli et evangelíste,	oráte.	Sancte Bírine	ora.
Omnes sancti discípuli et innocéntes,	oráte.	Omnes sancti confessóres	orate.
Sancte Stepháne	ora.	Omnes sancti monáchi et heremíte	oráte.
Sancte Line	ora.	Sancta María Magdaléna	ora.
Sancte Clete	ora.	Sancta María Egyptíaca	ora.
Sancte Clemens	ora.	Sancta Margaréta	ora.
Sancte Fabiáne	ora.	Sancta Scholástica	ora.
Sancte Sebastiáne	ora.	Sancta Petronélla	ora.
Sancte Cosma	ora.	Sancta Felícitas	ora.
Sancte Damiáne	ora.	Sancta Genovéfa	ora.
Sancte Prime	ora.	Sancta Praxédis	ora.
Sancte Feliciáne	ora.	Sancta Sothérис	ora.
Sancte Dionysi cum sóciis tuis	ora.	Sancta Prisca	ora.
Sancte Victor cum sóciis tuis	ora.	Sancta Tecla	ora.
Omnes sancti Mártires	oráte.	Sancta Affra	ora.
Sancte Silvéstér	ora.	Sancta Edítha	ora.
		Omnes sancte vírgines	orate.
		Omnes sancti	orate.


*Hii itaque completis accedat sacerdos ad fontium consecrationem que semper dicatur sine cantu : nisi tantum in vigilia pasche et penthecostes, tunc enim cantanda secunda letania incipiat sacerdos ad hunc locum et cantet modesta voce hoc modo.*

1506:29r; Pro-1519:81v.

Ordo ad catechumenum faciendum.



[V.] Dómi-nus vo-bíscum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o.



[V.] O-rémus.

**D**Mnípotens sempitérne Deus :  
adéstō magne pietátis tue mys-  
tériis : adéstō sacraméntis : et ad  
recreándos novos pópulos quos tibi  
fons baptimátis párturit, spíritum  
adoptiónis emítte : ut quod nostre


*Hic mutat vocem more prefationis sic.*

humilitátis geréndum est mystério,  
tue virtútis impleáтур efféctu. Per  
Dóminum nostrum Jesum Christum  
Fílium tuum. Qui tecum vivit et  
regnat in unitáte Spíritus Sancti  
Deus.


1506:29r; Pro-1519:82r.




Er ómni-a sé-cu-la se-cu-ló-rum. R. Amen.



V. Dómi-nus vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu o.



V. Sur-sum corda. R. Ha-bémus ad Dómi-num.



V. Grá-ti- as a-gámus Dómi-no De-o nostro. R. Dignum

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

et justum est. *V.* Ve-re dignum et justum est equum  
et sa-lu-tá-re nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti- as  
á-ge-re Dómi-ne sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De-us  
qui invi-sí-bi-li po-ténti- a sacramentó-rum tu-ó-rum  
mi-ra-bí-li-ter ope-rá-ris efféctum. Et li-cet nos tantis  
mysté-ri- is ex-equéndis simus indígni : tu tamen grá-ti- e  
tu-e do-na non dé-se-rens é-ti- am ad nostrar- pre-ces aures  
tu-e do-na non dé-se-rens é-ti- am ad nostrar- pre-ces aures  
tu-e pi- e-tá-tis inclí-nes. De-us cu-jus Spí-ri-tus su-per

Ordo ad catechumenum faciendum.

aquas inter ipsa mundi primórdi- a fe-re-bá-tur : ut jam  
tunc virtú-tem sancti-fi-ca-ti- ó-nis aquá-rum na-tú-ra  
concí-pe-ret. De-us qui no-céntis mundi crími-na per aquas  
áblu-ens re-ge-ne-ra-ti- ó-nis spé-ci- em in ipsa di-lú-vi- i  
effu-si- óne signásti : ut u-ní- us e-jusdémque e-le-ménti  
mysté-ri-o et fi-nis esset ví-ci- is et ó-ri-go virtú-ti-bus.  
Réspi-ce qué-sumus Dómi-ne in fá-ci- em ecclé-si- e tu- e  
et mul-típli-ca in e- a re-ge-ne-ra-ti- ónes tu- as : qui grá-  
ti- e tu- e afflu- éntis ímpe-tu le-tí-fi-cas ci-vi-tá-tem

[30r.]

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

tu- am fontémque baptismá-tis á-pe-ris to-to orbe terrá-rum  
génti-bus inno-vándis : ut tu-e ma-jestá-tis impé-ri-o  
sumat Uni-gé-ni-ti tu- i grá-ti- am de Spí-ri-tu Sancto.  
*Hic dividat sacerdos aquam manu sua dextera in modum crucis sic.*

Qui hanc aquam re-ge-ne-rándis homí-ni-bus pre-pa-rá-tam  
archá-na su- i lúmi-nis admixti- one fe-cúndet : ut sancti-  
fi-ca-ti- óne concépta ab imma-cu-lá-to di-ví-ni fontis  
ú-te-ro in no-vam re-ná-tam cre- a-tú-ram pro-gé-ni- es  
ce-léstis emérgat. Et qos aut sex-us in córpo-re aut e-tas  
discérnit in témpo-re : omnes in u-nam pá-ri- at grá-ti- a

Ordo ad catechumenum faciendum.

ma-ter infánti- am. Pro-cul ergo hinc ju-bénte te Dómi-ne  
omnis spí-ri-tus immúndus abscé-dat : pro-cul to-ta ne-quí- [30v.]  
ti- a di- a-bó-li-ce fraudis absístat. Nichil hic lo-ci há-be- at  
contrá-ri- e virtú-tis admíxti- o non insi-di- ándo circúm-  
vo-let : non la-téndo súrre-pat non infi-ci- éndo corrúmpat.  
Sit hec sancta et ínno-cens cre- a-tú-ra lí-be-ra ab omni  
impugna-tó-ris incúrsu : et tó-ti- us ne-quí-ti- e purgá-  
ta discéssu. Sit fons vi-vus aqua re-gé-ne-rans unda pu-ri-  
fi-cans. Ut omnes hoc la-vácro sa-lu-tí-fe-ro di-lu- éndi :

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

ope-ránte in e- is Spí-ri-tu Sancto, perfécte purga-ti-  
ó-nis indulgénti- a consequántur. Unde be-ne-**×**-dí-co  
te cre-a-tú-ra aque per De-um **×** vi-vum per De-um **×**  
ve-rum per De-um **×** sanctum per De-um qui te in  
princí-pi-o verbo se-pa-rá-vit ab á-ri-da : cu-jus Spí-ri-tus  
su-per te fe-re-bá-tur : qui te de pa-ra-dí-so ma-ná-re fe-cit  
et in quá-tu-or flumí-ni-bus to-ta terram ri-gá-re pre-cé-pit.  
*Hic ejiciat sacerdos aquam de fonte per quattuor partes cum manu dextera in modum crucis.*

[31r.]

Qui te in de-sérto amá-ram su- a-vi-tá-te indí-ta fe-cit  
esse po-tá-bi-lem : et si-ti- énti pópu-lo de petra prodúx-it.

Ordo ad catechumenum faciendum.

Be-ne-**×**-dí-co te per Je-sum Christtum Fí-li- um e-jus  
ú-ni-cum Dómi-num nostrum : qui te in Cha-na Ga-li-lé-  
e signo admi-rá-bi-li su- a po-ténti- a convértit in vi-num.  
Qui pé-di-bus su-per te ambu-lá-vit : et a Jo-hánne in Jor-  
dá-ne in te bapti-zá-tus est. Qui te u-na cum sanguí-ne  
de lá-te-re su-o prodúx-it : et discí-pu-lis su- is jussit ut  
cre-déntes bapti-za-réntur in te di-cens i-te do-cé-te omnes  
gentes bapti-zántes e- os in nómi-ne Pa-**×**-tris et Fí-li-**×**-i  
et Spí-ri-**×**-tus Sancti.

*Hic mutet sacerdos vocem quasi legendo et dicat sic, Hec nobis percépta servántibus<sup>148</sup> tu Deus omnípotens clemens adést : tu benígnus aspíra.*

Ordo ad catechumenum faciendum.

---

[31v.] *Hic aspiret sacerdos ter in fonte in modum crucis : deinde dicat legendo sic Tu has  
símplices aquas tuo ore benedícito : ut preter naturálem emundatiórem quam  
lavándis possint adhibére corpóribus : sint étiam purificándis méntibus efficáces.*


*Hic stillet sacerdos de cereo in fontem ut modum crucis : et postea dicat more  
prefationis.*



Descéndat in hanc ple-ni-tú-di-nem fontis virtus Spí-ri-tus



Sancti : to-támque hu-jus aque substánti- am re-ge-ne-rándi




fe-cúndet efféctum.

*Hic dividat sacerdos aquam cum cereo in fonte in modum crucis dicendo.*<sup>149</sup>




Hic ómni- um pecca-tó-rum má-cu-le de-le- ántur : hic na-



tú-ra ad ymá-gi-nem tu- i cóndi-ta et ad honó-rem su- i



re-formá-ta prínci-pi- i cunctis ve-tustá-tis squa-ló-ri-bus




emundé-tur.

*Hic tollat sacerdos cereum de aqua et tradat clericu a quo ibidem contra fontes teneatur :  
donec finiatur tota prefatio.*<sup>150</sup>

De baptismo.

---



Ut omnis homo hoc sacramentum re-ge-ne-ra-ti- ó-nis ingrés-

sus in ve-re inno-cénti et no-vam infánti- am re-nascá-tur.

**C** *Hic mutet vocem quasi legendo.*

Per Dóminum nostrum Jesu Chris-tum Fílium tuum : qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spíritus

Sancti Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.

**C** *Non procedatur ulterius in hoc officio in vigilia pasche et penthecostes nisi aliquis esset baptisandus ut postea patebit. Nota quod in vigilia pasche et penthecostes consecratis fontibus non infundetur oleum neque crisma : nisi assint aliqui qui debeant baptizari : sed lintheamine mundo cooperiantur : et usque ad completum<sup>151</sup> pasche vel penthecostes [32r.] reserventur, ut si forte hiis diebus aliquis baptisandus advenerit : fecundatis tamen et sanctificatis fontibus olei et crismatis infusione baptizetur. Post hec mittat sacerdos oleum sanctum cum ipsa billione que est in vase ejus in aquam : signum crucis faciens et dicens, Conjúnctio ólei unctiónis et aque baptismátis. In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.*

*Simili modo mittat chrisma dicens, Fecundétur et sanctificétur fons iste salutífero crísmate salútis. In nómini Patris. &c.*

*Postea mittat simul oleum cum crismate modo supradicto dicens, Conjúnctio crísmatis sanctificatiónis et ólei unctiónis et aque baptismátis. In nómine Patris. &c.*

[*De baptismo.*]

*Tunc portetur infans ad fontes ab hiis qui eum suscepturi sunt ad baptismum, ipsisque eundem puerum super fontes inter manus tenentibus : et<sup>152</sup> ponat sacerdos manum dexteram super eum : et interrogato ejus nomine : respondeant qui eum tenent, N. Item sacerdos dicat, N. Abrenúncias Sáthane ? Respondeant compatrini et commatrine, Abrenúncio. Item sacerdos, Et ómnibus opéribus ejus ? R. Abrenúncio. Item Sacerdos, Et ómnibus pompis ejus ? R. Abrenúncio.*

*Postea tangat sacerdos pectus infantis et inter scapulas de oleo sancto crucem faciens cum*

## De baptismo.

---

*pollice dicens, N. Et ego líneo te. super pectus, óleo salútis. inter scapulas, In Christo Jesu Dómino nostro ut hábeas vitam etérnam et vivas in sécula seculórum amen.*

*Deinde interrogato nomine ejus respondeant<sup>153</sup> N. item sacerdos, N.<sup>154</sup> Credis in Deum Patrem omnipoténtem creatórem celi et terre ? Respondeant, Credo. Item sacerdos, N. Credis et in Jesum Christum Fílium ejus únicum Dóminum nostrum natum et passum ? Respondeant, Credo. Item Sacerdos, N. Credis et in Spíritum Sanctum, sanctam ecclésiam cathólicam, sanctórum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectióne et vitam etérnam post mortem ? Respondeant,<sup>155</sup> Credo. Tunc interroget sacerdos nomen infantis dicens<sup>156</sup> Quid petis.<sup>157</sup> Respondeant, Baptísmum. Item sacerdos : Vis baptizári ? Respondeant, Volo.*

*Deinde accipiat sacerdos infantem per latera<sup>158</sup> in manibus suis et interrogato nomine ejus baptizet eum sub trina mersione tantum sanctam Trinitatem invocando ita dicens, N. Et ego baptizo te in nómine Patris. et mergat eum semel versa facie ad aquilonem et capite versus orientem, et Fílii. et iterum mergat semel versa facie ad meridiem, et Spíritus Sancti amen. et merget tertio recta facie versus aquam.<sup>159</sup> Tunc patrini accipientes infantem de manibus sacerdotis levent eum de fonte, ut autem surrexit a fonte accipiat sacerdos de chrismate cum pollice suo dicens, Dóminus vobiscum. et Orémus.*

### Oratio.

[32v.]

**D**eus omnípotens Pater Dómini nostri Jesu Christi qui te regenerávit ex aqua et Spíritu Sancto : qui dedit tibi remissiónem ómnium peccatórum tuórum. hic lineat

*infantem de ipso crismate cum pollice in vertice in modum crucis dicens, Ipse te líniat crismáte salútis in eódem Fílio suo Dómino nostro Jesu Christo in vitam etérnam.*

**C** Postea induatur infans veste crismali sacerdote interrogante nomen ejus et dicente sic, N. Accipe vestem cándidam sanctam et immaculátam quam pérferas ante tríbunal Dómini nostri Jesu Christi :

*ut hábeas vitam etérnam et vivas in sécula seculórum amen.*

**C** Licitum est enim pannum crismalem secundo linire crismate et super alium baptisatum immittere : tamen ad communes usus non debet pannus ille assumi sed ad ecclesiam reportari et in usus ecclesia reservari.<sup>160</sup> Deinde quesito nomine ponat cereum ardentem in manu infantis dicens,

N. Accipe lampádem ardéntem et | irreprehensibilem, custódi baptísmum

tuum, serva mandáta : ut cum vénerit Dóminum ad núptias possis ei<sup>161</sup> occurrére una cum sanctis suis in aula

celésti ut hábeas vitam etérnam, et vivas in sécula seculórum. Amen.

**C** Si episcopus adest statim eum confirmari oportet et postea communicari si etas ejus id deposcat sacerdote dicente, Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat corpus tuum et ániam tuam in vitam etérnam. Amen.

**C** Si infans sit : injungatur patri et matri ut conservent puerum ab igne et aqua et omnibus aliis periculis usque ad etatem septem annorum : et si ipsi non faciant patrini et matrine tenentur. Item et commatribus injungatur ut doceant infantem Pater noster. et Ave María. et Credo in Deum. vel doceri faciant : et quod crismale deferatur ad ecclesiam : et confirmetur quam citius episcopus advenerit circa partes per septem miliaria.<sup>162</sup>

Deinde dicatur hoc sequens evangelium super infantem si placuerit : quia secundum doctores maxime valet pro morbo caduco.

[V.] Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíitu tuo.

**C** Sequentia sancti evangelii : secundum Marcum. (ix. 16-28.)

R. Glória tibi Dómine.

**I**N illo témpore. Respóndens unus de turba dixit ad Jesum, Magíster áttuli filium meum ad te habéntem spíritum mutum : qui ubi-cúunque apprehénderit állidit illum<sup>163</sup> et spumat et stridet déntibus et aréscit. Et dixi discípulis tuis ut ejícerent illum : et non potuérunt. Qui respóndens eis dixit, O generáatio incrédula quándiu apud vos ero : quándiu vos pátiar ? Afférte illum ad me. Et attulérunt eum. Et cum vidísset illum : statim spíritus conturbávit eum : et elísis in terra volutabátur spumans. Et interrogávit

patrem ejus, Quantum témporis est ex quo ei hoc áccidit ? At ille ait, Ab infántia. Et frequénter eum in ignem [33r.] et in aquas misit : ut eum pérderet,. Sed si quid potes, áduja nos misértus nostri. Jesus autem ait illi, Si potes crédere : ómnia possibília sunt cré-denti. Et contínuo exclámans pater púeri cum láchrimis aiébat. Credo Dómine : áduja incredulitátem me-am. Et cum víderet Jesus concur-réntem turbam : comminátus est spirítui immúnido dicens illi, Surde et mute spíritus : ego tibi precípio exi ab eo : et ámplius ne intróreas in eum.

Et clamans : et multum discépens eum : éxiit ab eo. Et factus est sicut mórtuus : ita ut multi dícerent quia mórtuus est. Jesus autem tenens manum ejus elevávit eum : et surréxit. Et cum introísset in domum : dis-

cípuli ejus secréto interrogábant eum, Quare nos non potúimus eícere eum ? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire : nisi in oratióne et jejúnio.

*Et postea dicatur hoc evangeliū sequens sub forma predicta, videlicet Secundum Johannem. (j. 1-14.)*

**J**N princípio erat Verbum et Verbum erat apud Deum : et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt : et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso vita erat : et vita erat lux hóminum. Et lux in ténebris lucet : et ténebre eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo : cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimónium : ut testimónium perhíberet de lúmine : ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux : sed ut testimónium perhíberet de lúmine. Erat lux vera

que illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat : et mundus per ipsum factus est : et mundus eum non cognóvit. In própria venit : et sui eum non recepérint. Quotquot autem recepérint eum : dedit eis potestátem filios Dei fieri : his qui credunt in nómine ejus. Qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri : sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est : et habitávit in nobis. Et vídimus glóriam ejus : glóriam quasi Unigéniti a Patre : plenum grátie et veritátis.

**C** Notandum est quod quilibet sacerdos parochialis debet parochianis suis formam baptisandi in aqua pura naturali et recenti et non in alio liquore frequenter in diebus dominicis exponere : ut si necessitas emergat sciant parvulos in forma ecclesie baptizare proferendo formam verborum baptismi in lingua materna distincte et aperte et solum unica voce nullo modo iterando verba illa rite semel prolata vel similia super eundem sed sine aliqua additione, subtractione, interruptione, verbi pro verbo positione, mutatione, corruptione seu transpositione sic dicendo, I cristene the, N. in the name of the Fader [33v.] and of the Sone and of the Holy Goost. Amen. vel in lingua latina sic, Ego baptizo

te, *N.* in nōmine Patris et Fīlii et Spīritus Sancti. Amen. *Aquam super parvulum spargendo vel in aquam mergendo ter vel saltem semel.*

**C** *Et si puer fuerit baptizatus secundum illam formam, caveat sibi unusquisque ne iterum eundem baptizet : sed si hujusmodi parvuli convalescant deferantur ad ecclesiam et dicantur super eos exorzismi et cathezismi cum unctionibus et omnibus aliis supradictis preter immersionem aque et formam baptismi que omnino sunt omittenda : videlicet, Quid petis. et ab hinc usque ad illum locum quo sacerdos debeat parvulum crismate linire.*

**C** *Et ideo si laicus baptizaverit puerum antequam deferatur ad ecclesiam interroget sacerdos diligenter quid dixerit et quid fecerit : et si invenerit laicum discrete et debito modo baptizasse et formam verborum baptismi ut supra in suo idiomate integre protulisse approbet factum et non rebaptizet eum. Si vero dubitet rationabiliter sacerdos utrum infans ad baptisandum sibi oblatus prius in forma debita fuerit baptisatus vel non : debet omnia perficere cum eo sicut cum alio quem constat sibi non baptisatum preter quod verba sacramentalia essentialia proferre debeat sub conditione hoc modo dicendo, *N.* Si baptizátus es ego non rebaptízo te : sed si nondum baptizátus es : ego baptízo te. In nōmine Patris et Fīlii et Spīritus Sancti. Amen. sub aspersione vel immersione ut supra. Et est observandum tam de baptismate quam de confirmatione quod quando-cunque dubitatur sine dubitatione conferantur : quia non dicitur iterato quod nescitur fuisse collatum et ideo sub forma predicta baptisentur infantes expositi de quorum baptismō probabiliter dubitatur sive inveniantur cum sale vel sine sale.*

**C** *Notandum est etiam quod si infans sit in periculo mortis : tunc primo introducatur ad fontem et postea baptizetur incipiendo ad hunc locum, Quid petis. et si post baptismum vixerit habeat totum residuum servitium supradictum.*

**C** *Hoc autem in quolibet sacramento observetur quod quandocunque periculum videtur imminere : semper incipiatur ad substantiam illius sacramenti et postea residuum compleatur si poterit.*

**C** *Non licet aliquem baptizare in aula camera vel aliquo loco privato : sed dumtaxat in ecclesiis in quibus sunt fontes ad hoc specialiter ordinati nisi fuerit filius regis vel principis aut talis necessitas emerserit propter quam ad ecclesiam accessus absque peribulo haberi non potest.*

**C** *Presbiter<sup>164</sup> autem si poterit semper habeat fontem lapideum integrum et honestum ad baptisandum : si autem nequiverit habeat vas conveniens ad baptismum quod aliis usibus nullatenus deputetur nec extra ecclesiam deportetur.*

[34r.]

¶ Solennis baptismus celebrari solet in sabbato sancto pascha et in vigilia penthecostes : et ideo pueri nati infra octo dies ante pascha vel infra octo dies ante penthecosten debent reservari ad baptisandum in sabbato sancto pasche : et in vigilia penthecostes si commode et sine periculo valeant reservari. Ita quod tempore medio inter nativitatem puerorum et bujus baptismi perfectum recipiant cathecismum solaque diebus predictis baptismi consecratis fontibus sit immersio facienda.

¶ Alii autem qui aliis anni temporibus nati extiterunt incontinenti cum nati fuerint propter mortale periculum quod sepe pueris iminet et improvisum baptizentur.

¶ Veruntamen in sabbato sancto pasche et in vigilia penthecostes peracta consecratione fontium non infundetur oleum neque crisma nec ulterius in officio baptismi procedatur nisi forte aliquis assit baptisandus : sed lintheamine mundo cooperiantur et usque ad completorium pasche et penthecostes reserventur : ut is forte hiis diebus aliquis baptisandus advenerit fecundatis et sanctificatis fontibus olei et crismatis infusione baptizetur.

¶ Et nota quod de aqua sanctificata in fonte baptismali in sabbato sancto pasche et in vigilia penthecostes nunquam debet populis aspergi post aque crismationem nec ante.

¶ Non licet laico vel mulieri aliquem baptizare nisi in articulo necessitatis. Si vero vir et mulier adessent ubi immineret necessitatis articulus baptisandi puerum et non esset alius minister ad hoc magis ydoneus presens : vir baptizet et non mulier : nisi forte mulier bene sciret verba sacramentalia et non vir : vel aliud impedimentum subbesseret.

¶ Similiter pater vel mater non debet proprium filium de sacro fonte levare nec baptizare nisi in extreme necessitatis articulo tunc enim bene possunt sine prejudicio copule conjugalis ipsum baptizare nisi fuerit aliquis alius presens qui hoc facere sciret et vellet.

¶ Preterea vir et uxor non debent simul levare puerum alterius de sacro fonte. Nulli religiosi debent admitti patrinos quod de monialibus observandum est.

¶ Viri autem et mulieres qui suscipiunt pueros in baptismo constituuntur eorum fide jussores apud Deum et ideo frequenter debent eos admonere cum adulti fuerint seu discipline capaces : ut castitatem custodiant justiciam diligent charitatem teneant : et ante omnia orationem Dominicalem et salutationem angelicam simbolum fidei : et signaculo scilicet crucis se signare eos docere teneantur.

¶ Unde non debent recipi in patrinos nec admittantur nisi qui sciunt predicta quia [34v.] patrini debent instruere filios suos spirituales in fide que facere non possunt nisi ipsimet in fide prius instruerentur.

**C** Si baptisandus non poterit loqui vel quia parvulus vel quia mutus vel quia egrotans aut aliunde impotens tunc debent patrini pro eo respondere ad omnes interrogationes in baptismo. Si autem loqui poterit tunc pro seipso respondeat ad singulas interrogationes nisi ad interrogationes sui nominis tantum ad quas semper patrini sui respondeant pro eo.

Qui suscipiunt pueros de sacro fonte non debent eos tenere coram episcopo in confirmatione nisi cogente necessitate. Non plures quam unus vir et una mulier debent accedere ad suscipiendum parvulum de sacro fonte unde plures ad hoc simul accedentes peccant faciendo contra prohibitionem canonis nisi alia fuerit consuetudo approbata tamen ultra tres amplius ad hoc nullatenus recipiantur.

**C** Monendi sunt etiam laici quod parvuli sui confirmati tertia die post confirmationem deportentur ad ecclesiam : et frontes eorum per manus sacerdotis propter crismatis reverentiam in baptisterio abluantur et ligature eorum tunc igne comburantur.

**C** Item nullus debet admitti ad sacramentum corporis et sanguinis Christi Jesu extra mortis articulum nisi fuerit confirmatus vel a receptione sacramenti confirmationis fuerit rationabiliter impeditus.

**C** Non debet sacerdos parochialis esse sine crismate : sed debet quilibet sacerdos parochialis a suo episcopo non ab alio in propria persona sua vel per alium sacerdotem diaconum vel subdiaconum crisma petere singulis annis ante pascha.

**C** Sacerdos qui de veteri crismate ungit baptisatum nisi in articulo necessitatis deponendus est : et ideo debet omni die cene Domini novum crisma ab episcopo confici et vetus removeri et concremari.

**C** Item tam sacrum oleum quam crisma sub fideli custodia clave adhibita debent observari ne ad illa possit manus temeraria extendi ad aliqua nepharia exercenda.

**C** Nota quod tempore interdicti generalis licite possunt conferri baptismus et confirmatione tam adultis quam parvulus sed nondum pulsatis campanis neque alta voce.<sup>165</sup>

## [*Ordo ad purificandum mulierem.*]

*Ordo ad purificandum mulierem post partum ante ostium ecclesie. Primo sacerdos et ministri ejus dicant psalmos sequentes. Ps. Levávi óculos meos. (cxx.) (Brev.: [329].) Ps. Beáti omnes. (cxxvij.) (Brev.: [339].) Glória Patri. Sicut erat.*

*Sequatur Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.*

*Pater noster. [secreto].*

[*V.*] *Et ne nos [indúcas in tentatióne].*

[*R.*] *Sed líbera nos [a malo].*

[*V.*] *Dómine salvam ancíllam tuam.*

[*R.*] *Deus meus sperántem in te.*

[*V.*] *Esto ei Dómine turris fortitúdinis.*

[*R.*] *A fácie inimíci.*

[*V.*] *Dómine exáudi oratióne meam.*

[*R.*] *Et clamor meus ad te véniat.*

[*V.*] *Dóminus vobíscum.*

[*R.*] *[Et cum spiritu tuo.]<sup>166</sup>*

[*V.*] *Orémus.*

### *Oratio.*

[35r.]

**D** Eus qui hanc fámulam tuam de pariéndi perículo liberásti et eam in servítio tuo devótam esse fecísti : concéde ut temporáli cursu

fidéliter perácto, sub alis misericórdie tue vitam perpétuam et quiétam consequátur. Per Christum Dóminum.  
*&c.*

**C** Tunc aspergatur mulier aqua benedicta : denide inducat eam sacerdos per manum dexteram in ecclesiam dicens, Ingrédere in templum Dei ut hábeas vitam etérnam et vivas in sécula seculórum. Amen.

**C** Nota quod mulieres post prolem emissam quandocumque ecclesiam intrare voluerint acture gratias purificari possunt : et nulla proinde peccati mole gravantur : nec ecclesiárum aditus est eis denegandus : ne pena illis converti videatur in culpam. Si tamen ex veneratione voluerint aliquamdiu abstinere devotione earum non credimus improbadam, de purificatione post partum capitulo uno.<sup>167</sup>

## *Ordo ad faciendum sponsalia.*

*In primis statuantur vir et mulier ante ostium ecclesie coram Deo sacerdote et populo : vir a dextris mulieris et mulier a sinistris viri.*

**C** Et sciendum est quod licet omni tempore possunt contrahiri sponsalia et etiam matrimonium quod fit privatim solo consensu : tamen traditio uxorum et nuptiarum solennitas certis temporibus fieri prohibentur : videlicet ab adventu Domini usque ad octabas epyphanie : et a septuagesima usque ad octavas pasche : et a dominica ante ascensionem Domini usque ad octavas penthecostes. In octava die tamen epyphanie licite possunt nuptie celebrari quia non invenitur prohibitum quamvis in octavis pasche hoc facere non liceat. Similiter in dominica proxima post festum penthecostes licite celebrantur nuptie : quia dies pentecostes octavum diem non habet.

**C** Tunc interroget sacerdos banna dicens in lingua materna sub hac forma. Ecce convenimus hic<sup>168</sup> fratres coram Deo et ángelis et ómnibus sanctis ejus in fácie ecclésie ad conjungéndum duo cérpora scilicet hujus viri et hujus mulieris. Hic respiciat sacerdos personas suas ut ámodo sint una caro et due ánime in fide et in lege Dei ad promeréndam simul vitam etérnum, quicquid ante hoc fecérunt.<sup>169</sup> Admóneo ígitur vos omnes ut si quis est ex vobis qui áliquid dícere sciat quare isti adolescentes legítime contráhere non possint modo confiteátur.<sup>170</sup>

**C** Eadem admonitio fiat ad virum et ad mulierum ut si quid ab illis occulte actum fuerit vel si quid devoverint vel alio modo de se neverint quare legitime contrahere non poterint : tunc confiteatur. Si vero aliquis impedimentum aliquod proponere voluerit et ad hoc probandum cautionem prestiterit differantur sponsalia quoisque rei veritas cognoscatur. Si vero nullus impedimentum proponere voluerit interroget sacerdos dotem mulieris videlicet arras sponsales, et dicuntur arre anuli vel pecunia vel alie res dande sponse per sponsum : que datio subarratio dicitur precipue tamen quando fit per anulationem : et tunc vulgariter desponsatio vocatur. Non fidabit sacerdos nec consentiet ad fidationem inter virum et mulierem ante tertium edictum bannorum. Debet enim sacerdos banna in facie ecclesie infra missarum solennia cum major populi affuerit multitudo per tres dies solennes et disjunctos interrogare ita ut inter unumquemque diem solennem cadat ad minus una dies ferialis.

[35v.]

**C** Debet etiam sacerdos terminum prefigere competentem infra quem qui voluerit<sup>171</sup> et valuerit legitimum opponat impedimentum et si contrahentes diversarum sint parochiarum tunc in utraque ecclesia parochiarum illarum sunt banna interroganda.

**C** Si autem unius et ejusdem sint parochie tunc tantum in ecclesia illius parochie banna interrogentur. Sacerdos vero qui contractibus matrimonialibus ante trinam solennem interrogationem bannorum ut predictum est presumpserit interesse : penam suspensionis ab officio per triennium incurrit.

**C** Similiter sacerdos parochialis qui matrimonia clandestina in parochia sua prohibere contempserit, ab officio per triennium debet suspendi : et gravius est puniendus si culpe qualitas id requirat. Prohibentur autem clandestina matrimonia duplice ratione videlicet ne sub spe matrimonii committatur fornicatio : et ne matrimonialiter conjuncti injuste separentur. Sepe enim in matrimonio occulto alter conjugum mutat propositum et dimittit reliquum prolationibus destitutum et sine remedio restitutionis : et ideo prohibeant sacerdotes frequenter parochianos suos ne dent sibi fidem mutuo : sed coram publicis et honestis personis ad hoc constitutis. Quisquis etiam sacerdos seu secularis seu regularis extiterit qui solennizationem matrimonii extra ecclesiam parochiale vel capellam habentem jura parochie sibi competentia ab antiquo absque diocesani loci licentia speciali celebrare presumpserit ant celebrationi interesse : ipso facto per annum integrum ab officio est suspensus.

*Postea dicat sacerdos ad virum cunctis audientibus in lingua materna, sic.*

N. Vis habére hanc mulierem in sponsam et eam diligere : honoráre : tenére : et custódire : sanam et infirmam sicut sponsus debet sponsam

*Respondeat vir : Volo.<sup>173</sup>*

et omnes álias propter eam dimíttere et illi soli adherére quámdiu vita utriúsque vestrum duráverit ?<sup>172</sup>

[36r.] Item dicat sacerdos ad mulierum hoc modo.  
N. Vis habére hunc virum in sponsum et ei obedíre et servíre : et eum diligere honoráre ac custódire sanum et infirmum sicut sponsa debet sponsum

*Respondeat mulier : Volo.<sup>175</sup>*

et omnes álios propter eum dimíttere et illi soli adherére quámdiu vita utriúsque vestrum duráverit ?<sup>174</sup>

*Deinde detur<sup>176</sup> femina a patre suo vel ab amicis ejus que si puella sit discopertam habeat manum : si vidua tectam quam vir recipiat in Dei fide et sua servandam sicut vovit coram sacerdote et teneat eam per manum dexteram in manu sua dextera et sic det fidem mulieri per verba de presenti ita dicens docente sacerdote.*

Ordo ad faciendum sponsalia.

---

I N. take the, N. to my wedded wif to have and to holde fro this day forward for bettere for wers for richere for pouerer : in sykenesse and in hele tyl

*Manum retrahendo.*

*Deinde dicat mulier docente sacerdote.*

I N. take the, N. to my wedded housbond<sup>177</sup> to have and to holde fro this day forwarde for better for wors : for richer for pouerer : in sykenesse and in hele : to be bonere and buxum

*Manum retrahendo.*

*Deinde ponat vir aurum, argentum, et anulum super scutum vel librum : et querat sacerdos si anulus antea fuerit benedictus vel non, si dicatur quod non : tunc benedicat sacerdos anulum hoc modo cum Dóminus vobiscum. et cum Orémus.*

*Oratio.*

**C**réátor et conservátor humáni géneris, dator grátie spiritális, largítor etérne salútis : tu Dómine mitte benedictiónem tuam super

dethe us departe if holy churche it woll ordeyne and therto y plight the my trouthe.

in bedde and atte borde till dethe us departhe if holy churche it woll ordeyne and therto I plight the my trouthe.

Orémus.

**B**ene ✕ dic, Dómine, hunc ánum, respice, quem nos in tuo sancto nómine bendícimus : ut quecúmque eum portáverit in tua pace

hunc ánnulum, respice, ut que illum gestáverit sit armáta virtúte celéstis defensiónis : et proficiat illi ad etérnam salútem. Per Christum.

consístat : et in tua voluntáte permáneat : et in tuo amóre vivat et crescat et senéscat : et multiplicétur in longitídinem diérum. Per Dóminum.

**C** Tunc aspergatur aqua benedicta super anulum.

**C** Si autem antea fuerit annulus ille benedictus tunc statim postquam vir posuerit anulum super librum : accipiens sacerdos anulum<sup>178</sup> tradat ipsum viro : quem vir accipiat manu sua dextera cum tribus principalioribus digitis a manu sua sinistra : tenens dexteram docente sacerdote dicat.

With this rynge I the wed, and this

gold and silver I the geve, and with

Ordo ad faciendum sponsalia.

---

my bodi I the worshippe and with all | my worldely catel I thee endowe.

*Et tunc proferat sponsus annulum pollici sponse dicens, In nōmine Patris : deinde secundo digito dicens, et Fílii : deinde tertio digito dicens, et Spíritus Sancti. deinde [36v.] quarto digito dicens, Amen. ibique dimittat annulum quia in medico est quedam vena procedens usque ad cor : et in sonoritate argenti designatur interna dilectio que semper inter eos debet esse recens.*<sup>179</sup>

**C** Deinde inclinatis eorum capitibus dicta benedictionem super eos.

Benedícti ✠ sitis a Dómino, qui fecit mundum ex níchilo. Amen.

Postea dicatur iste psalmus sequens hoc modo :

(*Psalmus lxvij. 29-31.*)

**A** Anda Deus virtútem tuam :  
confirma Deus virtútem tuam  
confirma Deus hoc quod operátus es  
in nobis, a templo tuo in Hierúsalem  
tibi ófferent reges múnera.

31. Increpa feras arúndinis congregá-

tio taurórum in vaccis populórum : ut  
exclúdant eos qui probáti sunt ar-  
génto.

Glória Patri.

Sicut erat.

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*secreto*].

[V.] Et ne nos [indúcas in tentaciónem].

[R.] Sed líbera [nos a malo].

[V.] Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

[R.] Laudémus et superexaltémus eum in sécula.

[V.] Laudémus Dóminum quem laudant ángeli.

[R.] Quem chérubin et séraphin sanctus sanctus sanctus proclámant.

[V.] Dómine exáudi oratióne meam.

[R.] Et clamor meus [ad te véniat].<sup>180</sup>

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

V.] Orémus.

[*Oratio.*]

**D** Eus Abraham : Deus Ysaac :  
Deus Jacob sit vobícum : et ipse

vos conjúngat : impleátque benedic-  
tióne suam in vobis. Qui vivit et

regnat cum Deo Patre in unitáte  
Spíritus Sancti Deus.<sup>181</sup> Per ómnia

sécula seculórum. [Amen.]<sup>182</sup>

**C** Alia oratio cum Orémus.

**B** Ene ✕ dícat vos Deus Pater,  
custódiat vos Jesus Christus,  
illúminet vos Spíritus Sanctus : os-  
tendatque Dóminus fáciem suam in  
vobis et misereáтур vestri, convértat  
Dóminus vultum suum ad vos : et det

vobis pacem : impleátque vos omni  
benedictióne spirituáli : in remis-  
siónem ómnium peccatórum vestró-  
rum ut habeáitis vitam etérnam : et  
vivátis in sécula seculórum. Amen.

*Hic intrent ecclesiam usque ad gradum altaris : et sacerdos in eundo cum suis ministris dicat hunc psalmum sequentem.*

(*Psalmus cxxvij.*)

**B** Eáti omnes qui timent Dómi-  
num : qui ámbulant in viis ejus.

2. Labóres mánuum tuárum quia  
manducábis : beáthus es et bene tibi  
erit.

3. Uxor tua sicut vitis abúndans : in  
latéribus domus tue.

4. Fílii tui sicut novélle olivárum :  
in circúitu mense tue.

5. Ecce sic benedicétur homo : qui  
timet Dóminum.

6. Benedícat tibi Dóminus ex Syon :  
et vídeas bona Hierúsalem, ómnibus  
diébus vite tue.

7. Et vídeas filios filiórumb tuórum :  
pacem super Israel.

Glória Patri.

Sicut erat in princípio.

*Sine nota cum*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

**C** Tunc prostratis sposo et sponsa ante gradum altaris : roget sacerdos circumstantes  
orare pro eis dicendo.

Pater noster. [*secreto*].

[V.] Et ne nos [indúcás in tentatióñem].

[R.] Sed líbera nos a malo.

[V.] Salvum fac servum tuum et ancíllam tuam.

[R.] Deus meus sperántes in te.

[V.] Mitte eis Dómine, auxílium de sancto.

[R.] Et de Syon tuére eos.

[37r.]

Ordo ad faciendum sponsalia.

---

[V.] Esto eis Dómine turris fortitúdinis.

[R.] A fácie inimíci.

[V.] Dómine exáudi [oratióne meam].

[R.] Et clamor [meus ad te véniat].

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**B**enedícat vos Dóminus ex Syon  
ut videáti que bona sunt Hie-  
rúsalem : ómnibus diébus vite vestre :

et videáti filios filiórū et  
pacem super Israel. Per Christum  
Dóminum.

Orémus.

[*Oratio.*]

**D**eus Abraham : Deus Ysaac :  
Deus Jacob : béne ✕ dic ado-  
lescéntes istos : et sémina semen vite  
etérne in méntibus eórum, ut quic-  
quid pro utilitáte sua didíscerint : hoc

fácere cúpiant. Per Jesum Christum  
Fílium tuum, recuperatórem hómi-  
num. Qui tecum vivit et regnat  
[Deus].<sup>183</sup> *&c.*

Orémus.

*Oratio.*

**R**espice Dómine de celis : et  
béne ✕ dic conventiónem is-  
tam : Et sicut misísti sanctum án-  
gelum tuum Raphaélem ad Tobíam  
et Saram filiam Raguélis : ita dignéris  
Dómine míttete bene ✕ dictiónem  
tuam super istos adolescéntes : ut in

tua voluntáte permáneant et in tua  
securitáte persístant, et in amóre tuo  
vivant et senéscant : ut digni atque  
pacífici fiant et multiplicéntur in lon-  
gitúdinem diérum. Per Christum  
Dóminum nostrum.

Orémus.

*Oratio.*

**R**espice Dómine propícius super  
hunc fámulum tuum, *respice*, et  
super hanc fámulam tuam, *respice*, ut

in nómine tuo bene ✕ dictiónem ce-  
léstem accípiant : et filios filiórū  
suórum et filiárum suárum usque in

Ordo ad faciendum sponsalia.

tértiam et quartam progéniem incólumes vídeant : et in tua voluntáte

perséverent, et in futúro ad celéstia regna pervéniant. Per Christum.

Orémus.

*Oratio.*

**D**Mnípotens sempiterne Deus qui primos paréntes nostros Adam et Evam sua virtúte créavit : et in sua sanctificatióne copulávit, ipse

corda et córpora vestra sanctíficet et benedícat : atque in societáte et amóre vere dilectionis conjúngat. Per Christum.

**C** Deinde benedicat eos dicens

Orémus.

**B**ene ✕ dícat vos Deus omnípotens omni bene ✕ dictióne celésti efficiátque<sup>184</sup> vos dignos in conspéctu suo : superabúndet in vobis

divítias grátie sue : et erúdiat vos in verbo veritátis : ut ei córpore páriter et mente complácere valeátis. Per Dóminum.

**C** Finitis orationibus que dicebantur super eos prosternentes<sup>185</sup> ad gradum altaris : et introductis illis in presbyterium scilicet inter chorum et altare ex parte ecclesie australi : et statuta muliere a dextris viri videlicet inter ipsum et altare. Incipiatur officium.

1506:37r; GS:pl. b; Grad-1508:142v; Missal-1513:107v.


Offic.  
VIII.




Ene-díc- ta sit \* sanc- ta Trí- ni- tas at-  
 que indi- ví- sa U-ni- tas confi- té-bi- mur e- i [37v.]  
 qui- a fe- cit no- bí- cum mi- se- ri- cór-di- am su- am.

Ordo ad faciendum sponsalia.


*In tempore paschali finiatur hoc modo.*



Alle-lú- ya al-le- lú- ya.



*Ps. Be-ne-di-cámus Pa-trem et Fí-li- um : cum Sancto*



Spi-ri-tu.

*Non dicatur ulterius.*

*Kýrie. cum suis versibus dicatur. Ad hanc missam servetur modus et ordo per omnia sicut in duplicebus festis hoc modo.*

1506:37v.

VI.



Ló-ri- a in excél-sis De-o. Missal:36\*.

II.



Ló-ri- a in excélsis De-o. Missal:29\*.

VIII.



Ló-ri- a in ex-celsis De-o. Missal:34\*.

Et in terra pax homínibus bone voluntatis. Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus rex

celestis Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite Jesu Christe. Dómine Deus Agnus Dei Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi miserere nobis. Qui tollis peccáta mundi

Ordo ad faciendum sponsalia.

súscipe deprecationem nos-tram. Qui sedes ad déxteram Patris miserére nobis. Quóniam tu solus sanctus.

Tu solus Dóminus. Tu solus altís-simus, Jesu Christe. Cum Sancto Spíritu in glória Dei Patris amen.

*Iste due orationes sequentes dicantur sub uno Orémus. et sub uno Per Dóminum.*

**D**Mnípotens sempitérne Deus qui dedísti fámulis tuis in confessióne vere fidei etérne Trinitatis glóriam agnoscere et in poténtia

majestatis adoráre unitátem quésumus : ut ejúsdem fidei firmitáte ab ómnibus semper muniámur avérssis.

*Alia oratio.*

**C**Xáudi nos omnípotens et misericors Deus, ut quod nostro ministrátrur officio tua benedictióne

pótius impleátrur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tumm qui tecum.

*Ad Chorinthios. (I. Cor. vj. 15-20.)*

[38r.] **F**ratres. Nescítis quóniam cópora vestra membra sunt Christi ? Tollens ergo membra Christi : fáciam membra meretrícis ? Absit. An nescítis quóniam qui adhéret meretríci unum corpus efficitur ? Erunt enim ínquit<sup>186</sup> duo in carne una. Qui autem adhéret Deo<sup>187</sup> : unus spíritus est. Fúgite fornicatiónen. Omne

enim<sup>188</sup> peccátum quodcúnque fécerit homo : extra corpus est. Qui autem fornicátur : in corpus suum peccat. An nescítis quóniam membra vestra templum sunt Spíritus Sancti qui in vobis est : quem habétis [a]<sup>189</sup> Deo et non estis vestri ? Empti enim estis précio magno honorificáte<sup>190</sup> et portáte Deum : in córpore vestro.

1506:37r; GS:pl. c; 1508:142v; 1513:108v.<sup>191</sup>

Grad. V.

**E**necdíc-tus \* es Dómi-ne qui  
intu- é-ris a- býs- sos : et se-des su- per

172.2 03.

Ordo ad faciendum sponsalia.

172.2 04.

ché-ru- bin. V. Be-ne-dí-ci-te  
De- um ce- li : qui a fe-cit no-bís- cum mi-se-  
ri-cór-di- am \* su- am.

*Non repetatur gradale in missis sponsalibus.*<sup>192</sup>

172.2 05.

V.

L-le-lú- ya. \* V. Be- ne-  
díctus es Dómi-ne De- us Patrum nostró-rum :  
et laudá-bi- lis \* in sé-cu-la.

*In tempore paschali erit secundum alleluya unum ex istis sequenti.*

1506:37v; GS:118; 1508:113r; 1513:87r.

I.

L- le- lú- ya. \*

Ordo ad faciendum sponsalia.

¶ Non-ne cor nos-trum ardens e-rat in no-bis de  
Je-su dum loque-ré- tur no- bis \* in  
vi- a.

1506:37v; GS:119; 1508:115r; 1513:88r.<sup>194</sup>

II.

L-le- lú-ya. \*

¶ Surgens Je-sus Dómi-nus nos- ter : ste- tit  
in mé- di- o disci-pu-ló-  
rum su- ó-rum dix-it, Pax \* vo-bis.

[39r.]

Ordo ad faciendum sponsalia.

1506:38r; GS:120; 1508:116v; 1513:88v.<sup>195</sup>

[090-04.]

II.

L-le- lú-ya. \*

V. Surréx- it Dó- mi-nus et oc-cúr- rens

mu-li- é- ri-bus a- it : Avé- te,

tunc ac-cessé- runt et te-nu-é-

runt pe-des \* e-jus.

1506:8r; GS:121; 1508:118r; 1513:89v.<sup>196</sup>

VII.



L-le-lú- ya. \*

V. In

Ordo ad faciendum sponsalia.

di-e re-surrec-ti- ó-nis me-e di-cit Dómi-nus  
pre-cé-dam vos \* in Ga-li-lé-am.

[39v.]

1506:38v; GS:122; 1508:119r; 1513:90v.<sup>197</sup>

VIII.

L-le-lú- ya. \*

XV. Dí-ci-te in génti- bus qui- a Dó- mi- nus  
reg-ná- vit \* a lig- no.

1506:38v; GS:126; 1508:123v; 1513:93r.<sup>198</sup>

II.

L-le- lú- ya. \*

Ordo ad faciendum sponsalia.

V. Chris-tus re-súr- gens ex mó-r tu-is,  
 jam non mó-ri-tur : mors  
 il- li ultra \* non do- mi-ná- bi-tur.

1506:38v; Ant-1519:262r; Brev-1531-P:46r; 1527:140r; 1513:104v.<sup>199</sup>

Seq. VIII. a.

sar0803. ah53087.  Lma cho-rus Dómi-ni : \* nunc pangat nómi-na sum-

[40r.] b<sup>1</sup>. mi. Messý-as, Sother : Emá-nu-el, Sá-ba-oth, Ado-ná-y.

b<sup>2</sup>. c<sup>1</sup>. Est u-ni-gé-ni-tus vi-a vi-ta ma-nus omo-ú-sy-on. Prin-

cí-pi- um primo-gé-ni-tus sa-pi- énti- a vir-tus. Alpha ca-

Ordo ad faciendum sponsalia.

put, fi-nísque simul vo-ci-tá-tur et est oo. Fons et ó-ri-go bo-

ni : pa-rá-cli-tus ac me-di- á- tor. Agnus o-vis ví-tu-lus :

serpens á-ri- es le-o vermis. Os verbum splendor : sol gló-

ri- a lux et imá-go. Pa-nis flos vi-tis : mons já-nu- a petra

la-písque. Ange-lus et sponsus : pastórque prophé-ta sa-

cér-dos. Athá-na-tos Ky-ros : The-on panthon cra-ton et

y- sus. Salví-fi-cet nos. Sit cu- i sec-la. Per ómni- a do-xa.

*Secundum Mattheum. (xix. 3-6).*

**I**N illo témpore. Accessérunt ad Jesum Scribe et Phariséi : tentantes eum<sup>200</sup> et dicéntes, Si licet hómini dimíttere uxórem quacún-

que<sup>201</sup> ex causa ? Qui respóndens ait illis, Non legístis quia qui fecit hóminem<sup>202</sup> ab início, másculum et féminam fecit eos ? Et dixit eis,<sup>203</sup>


Ordo ad faciendum sponsalia.

Propter hoc dimittet homo patrem et  
[40v.] matrem : et adherébit uxóri sue : et  
erunt duo in carne una. Itaque jam

non sunt duo : sed una caro. Quod  
ergo Deus conjúnxit : homo non  
séparet.

1506:40v; Grad-1508:5r; Missal-1513:3r.

IV.



Redo in u-num De- um. Pa-trem omni-po-téntem :


factórem celi et terre : visibílum ómnium et invisibílum. Et in unum Dóminum Jesum Christum Fílium Dei unigénitum. Et ex patre natum ante ómnia sécula. Deum de Deo lumen de lúmine : Deum verum de Deo vero. Génitum non factum consubstantiálem Patri : per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómines et propter nostram salútem descéndit de celis. Et incarnátus est de Spíritu Sancto ex María vírgine : et homo factus est. Crucifixus étiam pro nobis sub Póntio Pyláto : passus et sepultus est. Et resurréxit tértia

die sécundum scriptúras. Et ascéndit in celum sedet ad dexteram Patris. Et íterum ventúrus est cum glória judicáre vivos et mórtuos : cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum Dóminum et vivificántem : qui ex Patre Filióque procédit. Qui cum Patre et Fílio simul adorátur et conglorificátur<sup>204</sup> : qui locútus est per prophétas. Et unam sanctam cathólicam et apostólicam ecclésiam. Confiteor unum baptísma in remissiónem peccatórum. Et expécto resurrectiónem mortuórum. Et vitam ventúri séculi. Amen.

1506:40v; GS:pl. c; 1508:143v; 1513:108r.<sup>205</sup>

Offert.

III.



Ene- díc-tus sit \* De- us Pa- ter :

Ordo ad faciendum sponsalia.

Uni-ge- ni- tús-que De- i Fí- li- us :

Sanc-tus quo- que Spí- ri- tus : qui- a fe- cit

no- bís- cum mi-se- ri-córdi- am su- am.

Al-le- lú- ya.

[41r.]

*Tempore paschali.*

**C** Nota quod ordo thuris benedicti nunquam datur in ecclesia sponso et spouse. Inde est quod oblato thure benedicto super altare, si descendat thuribulis ad clericos vel ad laycos aliud thus est apponendum et hominibus offerendum.

*Secretum.*

<b>S</b> Anctífica quésumus Dómine Deus noster Trínitas sancta : per tui sancti nóminis invocaciónem	hujus oblatiónis hóstiam : et co ope- ránte Spíritu Sancto per eam nosme- típos tibi pérfice munus etérnum.
--	---

*Aliud secretum.*

<b>A</b> Désto Dómine supplicatióibus nostris : et hanc oblatiónem quam tibi offérimus pro fámulis tuis quos ad statum maturitatis et ad diem	nuptiárum perdúcere dignátus es, placátus ac benígnus assúme. Per Dóminum.
--	--


*Prefatio.* Qui cum Unigénito. (Missale:1163.)

*Post Sanctus. prosternant se sponsus et sponsa in oratione ad gradum altaris extenso*

Ordo ad faciendum sponsalia.

*super eos pallio quod teneant quattuor clerici per quattuor cornua in superpelliciis : nisi alter eorum prius fuerit desponsatus et benedictus quia tunc non habeatur pallium super eos nec dicatur sacramentalis benedictio ut postea patebit. Deinde dicto Per ómnia sécula seculórum. Amen. Post Pater noster antequam dicatur Pax Dómini sit semper vobíscum. facta fractione eucharistie more solito dimissaque hostia in tribus fractionibus super patenam : dicat sacerdos conversus ad illos orationes sequentes sub tono lectionis : illis interim genuflectentibus sub pallio : sacerdote sic dicente.*


1506:41r.<sup>206</sup>



Dómi-nus vo-bíscum. [R.] Et cum spí-ri-tu tu-o. [V.] O-rémus.


**P**ropiciáre Dómine supplicati-  
ónibus nostris : et institútis tuis  
quibus propáginem humáni géneris

ordinásti benígnus assíste, ut quod te  
auctóre conjúngitur, te auxiliánte



servé-tur. Per Christum Dómi-num nostrum.

1506:41r.<sup>207</sup>



[V.] O-rémus.

**A**eus qui potestáte virtútis tue de  
níchilo cuncta fecísti : qui  
dispósitis universitátis exórdiis hómini  
ad ymáginem Dei facto ídeo insepe-  
rábile muléreris adjutórium condidísti :  
ut femíneo córpori de viríli dares  
carne prícipium, docens quod ex uno  
placuísset instítui : nunquam lícet  
disjúngi. hic incipit benedictio sacra-

mentalís. Deus qui tam excellénti  
mystério conjugálem cópulam conse-  
crásti : ut Christi et ecclésie sacra-  
méntum presignáres in fédere<sup>208</sup> nup-  
tiárum. hic finitur benedictio sacra-  
mentalís. Deus per quem muller jun-  
gitur viro et societas principáliter  
ordináta ea bene $\ddot{\times}$ dictióne donátur :  
que sola<sup>209</sup> nec per originális peccáti

penam, nec per dilúvii est abláta senténtiam. *respice*,<sup>210</sup> Réspice propícius super hanc fámulam tuam que marítali jungénda est consórtio, tua que se<sup>211</sup> épétit protectióne muníri. Sit in ea jugum dilectiónis et pacis : fidélis et casta nubat in Christo imitatríxque sanctárum permáneat feminárum. Sit amabilis ut Rachel viro : sápiens ut Rebécca : longéva et fidélis ut Sara. Nichil in ea ex áctibus suis ille auctor prevaricatiónes usúrpet :

nexa fidei mandatísque permáneat : uni thoro juncta contáctus illícitos fúgiat : muniátque infirmitátem suam róbore disciplíne. Sit verecúndia : gravis pudóre : venerábilis doctrínis celéstibus erúdita. Sit fecúnda in sóbole : sit probáta et ínnocens : et ad optátam pervéniat senectútem : et vídeat filios filiorum suórum usque in tértiam et quartam progéniem : et beatórum réquiem atque ad celéstia regna

1506:41v.

pervé-ni- at. Per Dómi-num. &c. Per ómni- a sé-cu-la  
se-cu-ló-rum. [R:] Amen.

[*De secundis nuptiis.*]

**C** <sup>212</sup>Notandum quod hec clausula, Deus qui tam excellénti mystério conjugálem cópulam. usque Deus per quem múlier júngitur viro et societas principáliter. non dicatur in secundis nuptiis, vir enim aut mulier ad bigamiam transiens non debet iterum a sacerdote benedici : quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio non debet iterari : quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam.

**C** Notandum<sup>213</sup> est autem quod inhibitum est per capitulum [j.]<sup>214</sup> extra de secundis nuptiis : ne benedictio detur in secundis nuptiis quod etiam testatur beatus Ambrosius qui ait, Prime nuptie a Domino sunt constitute. Secunde vero permisso. Prime nuptie sub omni benedictione celebrantur. Secunde vero carent omni benedictione : sed quia plures benedictiones sunt in nuptiis celebrandis scilicet in introitu ecclesie et super

*pallium, et post missam et super thorum in sero.*

¶ *Quero que benedictio sit iteranda in secundis nuptiis et que non.*

[42r.] ¶ *Sciendum est quod in hac oratione que sic incipit, Deus qui potestáte virtutis tue de nichilo cuncta fecisti, qui dispositis universitatis. Et tres sunt benedictiones ibidem que idem habent principium, scilicet, Deus. media autem est omittenda, scilicet ista, Deus qui tam excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti. usque Deus per quem mulier jungitur viro et societas principaliter ordinata. Et quia in ista benedictione agitur de unitate Christi et ecclesie que figuratur in primo matrimonio non autem in secundo : unde apostolus ad Corinthios ait, Erunt inquit duo in carne una.<sup>215</sup> et hoc notatur extra de bigamis capitulo, Debitum et si vir unus uxoris. Et hoc pro primo matrimonio sed qui adheret pluribus dissolvit unitatem vel fedus unitatis : et ideo illa benedictio que agitur de unitate, scilicet Deus qui excellenti mysterio conjugalem copulam consecrasti. Et non dicetur in secundis nuptiis : et hoc est verum tam in viro bigamo : quam in muliere vidua : quia caro benedicta trahit ad se carnem non benedictam : sed omnes alie benedictiones sive orationes debent dici indifferenter secundum curiam Romanam et secundum Ostiensem et Thomam Alquinum et Morandum doctorem. Et questio ista discussa erat et determinata in sacro palatio domini pape<sup>216</sup> et translata in Angliam per magistrum Johannem Haysted, anno Domini milesimo ccc. xxij. et causa discussionis erat : quia multitudo sacerdotum tunc temporis ad sedem apostolicam, convolarunt causa obtinendi absolutionis beneficium pro benedictionibus in secundis nuptiis indiscrete collata. Ideo super hoc statuitur constitutio nova, Johannis pape<sup>217</sup> xxij. que sic incipit.*



Oncertationi antique finem imponere cupientes presenti declaramus edicto : quod licet vir vel mulier ad bigamiam vel ad secundas nuptias transierint benedici non debent cum fuerint alias benedicti : quod si forsitan alter eorum vel ambo essent ad secundas nuptias transeuntes et in primis nuptiis benedicti non fuerint, danda est eis benedictio in secundis nuptiis. Sane volentes antiquum rigorem temperare concedimus quod presbiter qui secundas nuptias benedixerit scienter, ad sedem apostolicam ex hoc venire minime teneatur : sed a pena suspensionis hoc casu a jure indicta : per suos possunt diocesanos absolviri. Si qui vero justa opinionem quorundam hactenus ex se non reputantes suspensos, [43v.] ordines quoslibet seu quevis beneficia receperint : diocesani eorum a pena suspensionis predicta ipsos absolvere ac super executione ordinum et retentione

Ordo ad faciendum sponsalia.

beneficitorum hujusmodi, cum<sup>218</sup> eis valeant licite dispensare.

**C** *Hic queri potest quare secunde nuptie non benedicantur. Ad hoc dico quod secundum matrimonium quamvis in se consideratum sit perfectum sacramentum : tamen in ordine ad primum sacramentum consideratum aliquid habet defectu sacramenti, quia non habet plenam significationem : cum non sit una caro sicut est in matrimonio Christi et ecclesie, et ratione hujus defectus benedictio a secundis nuptiis subtrahitur. Sed hoc est intelligendum quando secunde nuptie sunt secunde ex parte viri et ex parte mulieris tantum.<sup>219</sup>*  
*Si enim virgo contrahat cum illo qui habuit aliam uxorem nihilominus nuptie benedicuntur<sup>220</sup> : salvatur et aliquo modo. Significatio autem in ordine ad primas nuptias : quia episcopus etsi unam ecclesiam habeat sponsam : habet tamen plures personas desponsatas in una ecclesia : sed anima non potest esse sponsa alterius quam Christi : quia cum demone fornicatur : nec est matrimonium spirituale, et propter hoc quando mulier secundo nubit : nuptie non benedicuntur propter defectum sacramenti.<sup>221</sup>*

**C** *Post hec vertat se sacerdos ad altare et dicat Pax Dómini. et Agnus Dei. Tunc amoto pallio surgant ambo sponsus et sponsa : et accipiat sponsus pacem a sacerdote et ferat sponse osculans eam et neminem alium nec ipse nec ipsa : sed statim diaconus vel clericus a presbytero pacem accipiens ferat aliis sicut solitum est.*


1506:42v; GS:pl. c; Grad-1508:144r; Missal-1513:108r.<sup>222</sup>

Comm. IV. 172.2 08.

The musical notation consists of three staves of square neumes on four-line red staves. The first staff begins with a large initial 'G'. The lyrics are written below the staves. The second staff starts with a 'B' and the third with a 'C'. Measure lines and repeat signs are present. The notation is in common time.

Ene-dí-cimus \* De- um ce- li : et co-ram  
 ómni-bus vi-vén-ti-bus confi- té- bimur e- i :  
 qui- a fe- cit no-bís- cum mi-se- ri-cór-di- am

Ordo ad faciendum sponsalia.



su- am.

*Tempore pasche.*



Alle- lú- ya al- le- lú- ya.

[43r.]

*Postcommunio.*

**P**roficiat nobis ad salútem córporis et ánime Dómine Deus hujus sacraménti suscéptio : et sempitérna sancte Trinitátis ejusdémque indivídue unitátis conféssio.

*Alia postcommunio.*

**P**Uésumus omnípotens Deus institúta providéntie tue pro amore [proséquere]<sup>223</sup> : ut quos legítima societáte connéctis, longéva pace custódias. Per Dóminum.<sup>224</sup>

*Post missam benedicatur panis et vinum vel aliud quid potabile in vasculo et gustent in nomine Domini sacerdote dicente,*

[X.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

X.] Orémus.

*Oratio.*

**B**ene dic Dómine panem istum et hunc potum et hoc vásculum sicut benedixísti quinque panes in déserto et sex ydrias in Chana Galilée : ut sint sani et sóbrii atque immaculáti omnes gustántes ex eis Salvátor mundi. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus.

**C**on nocte vero sequente cum sponsus et sponsa ad lectum pervenerint : accedat sacerdos et benedicat thalamum dicens.

[X.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

V.] Orémus.

*Oratio.*

**B**ene ✕ dic Dómine thálánum istum et omnes habitántes in eo : ut in tua pace consístant et in tua voluntáte permáneant : et in amóre

tuo vivant et senéscant et multiplicantur in longitúdinem diérum.  
Per Dóminum.

**C** Item benedictio super lectum cum Dóminus vobíscum. Orémus.

**B**ene ✕ dic Dómine hoc cubículum, respice, qui non dormis neque dórmitas. Qui custódis Israel, custódi fámulos tuos in hoc lecto quiescéntes ab ómnibus fantasmáticis demónum illusiónibus : custódi eos

vigilantes ut in precéptis tuis mediténtr dormiéntes, et te per sopórem séntiant : ut hic et ubique defensiónis tue muniántur auxílio.  
Per Dóminum.

Deinde fiat benedictio super eos in lecto tantum cum Orémus.

*Benedictio.*

**B**ene ✕ dícat Deus córpora vestra et ánimas vestras : et det super

vos benedictiónem sicut benedíxit Abraham Ysaac et Jacob. Amen.

**C** Alia benedictio cum Orémus.

**A**gnus Dómini sit super vos : mittátque ángelum suum sanc-

tum qui custódiat vos ómnibus diébus vite vestre. Amen.

**C** Alia benedictio cum Orémus.

**B**ene ✕ dícat vos Pater et Fílius et Spíritus Sanctus : qui trinus est

in número et unus in númine.  
Amen.

*His peractis aspergat eos aqua bendicta et sic discedat et dimittat eos in pace.*

## *Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.*

*In primis confiteantur peregrini de omnibus peccatis suis : deinde dicantur super eos coram altari prostratos psalmi et preces sequentes : et post unumquemque psalmum dicitur Gloria Patri.*

*Ps. Ad te Domine levavi. (xxiv.) 249.*

*Ps. Miserere mei. (l.) Require in vigilia mortuorum. 265.*

*Psalmus. (xc.)*

[43v.]

**Q**Ui hábitat in adjutório Altíssimi :  
In protectióne Dei celi com-  
morábitur.

2. Dicet Dómino Suscéptor meus es  
tu, et refúgium meum Deus meus :  
sperábo in eum.

3. Quóniam ipse liberávit me de lá-  
queo venántium : et a verbo áspero.

4. Scápolis suis obumbrábit tibi : et  
sub pennis ejus sperábis.

5. Scuto circúndabit te véritas ejus :  
non timébis a timóre noctúrno.

6. A sagítta volánte in die a negócio  
perambulánte in ténebris : ab incúrsu  
et demónio meridiáno.

7. Cadent a látere tuo mille, et  
decem míllia a dextris tuis : ad te  
autem non appropinquábit.

8. Verúntamen óculis tuis conside-  
rábis : et retributiónen peccatórum  
vidébis.

9. Quóniam tu es Dómine spes mea :

Altíssimum posuísti refúgium tuum.

10. Non accédet ad te malum : et  
flagéllum non appropinquábit taber-  
náculo tuo.

11. Quóniam angelis suis mandávit  
de te : ut custódiant te in ómnibus  
viis tuis.

12. In mánibus portábunt te : ne  
forte offéndas ad lápidem pedem  
tuum.

13. Super áspidem et basilíscum  
ambulábis : et conculcábis leónem et  
dracónem.

14. Quóniam in me sperávit liberábo  
eum : prótegam eum quóniam cog-  
nóvit nomen meum.

15. Clamávit ad me et ego exáudiam  
eum : cum ipso sum in tribulatióne,  
erípiam eum et glorificábo eum.

16. Longitúdine diérum replébo eum :  
et osténdam illi salutáre meum.

Gloria Patri.

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

- [V.] Et ne nos [in tentatióne].  
[R.] Sed líbera nos [a malo].  
[V.] Ego dixi Dómine miserére mei.  
[R.] Sana ániam meam quia peccávi tibi.  
[V.] Vias suas Dóminus demónstret tibi.  
[R.] Et sémitas suas edóceat te.  
[V.] Gressus tuos Dóminus dírigat secúndum elóquium suum.  
[R.] Ut non dominéntur tibi omnes injustície.  
[V.] Utinam dirigántur vie tue.  
[R.] Ad custodiéndas justificatiónes Dómini.  
[V.] Perficiat Dóminus gréssus tuos in sémitis suis.  
[R.] Ut non moveántur vestígia tua.  
[V.] Benedíctus Dóminus Deus die quotídie prósperum iter fáciat tibi.  
[R.] Deus salutárium tuórum.  
[V.] Angelus Dómini bonus comitétur tecum.  
[R.] Et bene dispónat itínera tua et actus tuos et itérum cum gáudio revertáris ad propria.  
[V.] Beáti immaculáti in via.  
[R.] Qui ámbulant in lege Dómini.  
[V.] Nichil proficiat inimícus in te.  
[R.] Et filius iniquitatis non appónat nocére tibi.  
[V.] Exúrge Dómine áduja nos.  
[R.] Et líbera nos propter nomen tuum.  
[V.] Dómine Deus virtútum convérte nos.  
[R.] Et osténde fáciem tuam et salvi érimus.  
[V.] Dómine exáudi oratióne meam.  
[R.] Et clamor meus ad te véniat.  
[V.] Dóminus vobíscum.  
[R.] Et cum spíritu tuo.  
[V.] Orémus.

[*Oratio.*]

**A**désto Dómine supplicatióibus nostris et<sup>225</sup> viam fámuli tui N. in salútis tue prosperitaté dispónē : ut [inter]<sup>226</sup> omnes vie et vite hujus varietátes tuo semper protegátur auxílio. Per Christum Dóminum

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

---

nostrum.

Orémus.

*Oratio.*

**D** Eus qui ad vitam ducis et confidéntes in te patérrna protectione custódis quésumus : ut huic presénti fámulo tuo N. a nobis egrediénti angélicum tríbuas comitátum : ut auxílio tuo protéctus nállius mali concutiátur formídine : nullo comprimátur adversitátis lan-

guóre : nullis irruéntis inimíci moles-tétur insídiis : sed spáciis necessárii itíneris próprio gressu peráctis : propriásque locis restitútus recipiátur sospes : ac débitas exsólvat nómini tuo grátias. Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus.

*Oratio.*

[44r.] **D** Eus qui diligéntibus te miseri-cordiam tuam semper impéndis, et a serviéntibus tibi nulla es regióne longínquus : dírige viam hujus fámuli

tui N. in voluntáte tua : ut te protectóre te duce per justície sé-mitas<sup>227</sup> : sine offensióne gradiáтур. Per Dóminum nostrum.

*Hic surgant peregrini a prostratione et benedicat sacerdos peras et baculos suos dicens Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D** Omine Jesu Christe qui inef-fábili tua miseratióne ac Patris jussióne Spiritúsque Sancti coope-ratióne de celo descéndere voluísti : ovémque pérditam diabólica seduc-tiónē voluísti quérere, atque própriis húmeris ad celéstis pátrie gregem referre : quique precepísti filiis matris ecclésie orándo pétere bene vivéndo quérere : ac pulsándo perseveráre : ut cítius inveníre váleant salutári prémia vite : te humíliter implorámus :

quátenus<sup>228</sup> sanctificándo bene ✕ dí-cere dignérís hanc peram et hunc báculum : ut quicúnque eam in tui nóminis amóre ad instar húmiliis armatúre láteri suo applicáre : atque collo suo suspéndere : sive in máníbus suis gestáre : sicque peregrinándo suffrágia sanctórum húmili comitántे devotione studuérunt quérere : déx-tere tue protécti munímine perveníre mereántur ad gáudia mansiónis etér-ne. Per te Salvátor mundi, qui cum

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

---

Patre et Spíritu Sancto vivis et  
regnas<sup>229</sup> in unitáte Spíritus Sancti.

etc.

**C** Hic aspergat aquam benedictam super peras et baculos et ponat singulis peregrinis peram ad collum dicens,

**I**N nōmine Dómini nostri Jesu Christi áccipe hanc peram hábitum peregrinatiónis tue : ut bene castigátus et salvátus pervenire mere-

áris ad límina sanctórum quo pérgerre cupis : et perácto itínere tuo ad nos revertáris incólumis. Per eúndem Dóminum nostrum. etc.

**C** Deinde tradat singulis eorum baculum ita dicens,

**A**ccipe báculum sustentatiónis Itineris ac labóris peregrinatiónis tue : ut devíncere váleas omnes catérvas inimíci : et pervenire secúrus

ad límina sanctórum quo pérgerre cupis : et perácto obediéntie cursu ad nos revertáris cum gáudio. Per Dóminum.

**C** Si vero aliqui eorum profecturi sunt Hierusalem : tunc habeant, ipsi vestes cum cruce [44v.] signatas : et benedicantur cruces hoc modo cum Dóminus vobiscum. Orémus.

**D**eus invícte poténtie pietatis imménde atque peregrinántium tótius consolatiónis auxílium, qui fámulis tuis victrícia arma tríbuis : quésumus ut has cruces devóte humilitatis bene ✕ dícere dignéris : ut venerande crucis vexíllum cujus in eis

est designáta figúra<sup>230</sup> : sit invictissimum robur servórum tuórum contra antíqui hostis nequíssima tentaménta : sit in via defénsio : sit in domo protéctio : sit ubique presídium. Per Dóminum.

**C** Hic aspergatur aqua benedicta super cruces : et detur singulis peregrinis sic profecturis vestis cum cruce signata, dicente sacerdote,

**A**ccipe vestiméntum cruce Dómini nostri salvatóris signátum : ut per illud salus benédictio et virtus

próspere proficiéndi ad sepúlchrum ipsíus tibi comitétur. Qui cum Deo Patre et Spíritu. etc.

*His finitis dicatur missa pro iter agentibus.*

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

**C** Ad missam officium hoc modo incipitur.

1506:44v; GS:27; Grad-1508:45r; Missal-1513:27r.<sup>231</sup>

Offic.  
VI.

036-12.

S-to michi \* in De- um pro- tec-tó- rem : et in  
 lo-cum re-fú-gi- i ut salvum me fá-ci- as : quó-ni- am  
 firmaméntum me- um et re-fú-gi- um me- um es tu : et  
 prop-ter nomen tu- um dux mi- chi e- ris, et e-nú- tri-  
 es me.


*Tempore pasche.*

Alle- lú- ya al-le- lú- ya.

036-02.

Ps. In te Dómi-ne spe-rá-vi non confúndar in e-térnum :

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.



in justí-ci- a tu- a lí-be-ra me et é- ri-pe me.

[*Oratio.*]

**A**déstō Dómine supplicatiónibus  
nostris, et viam fámuli tui *N.* in  
[45r.] salútis tue prosperáre dispónē : ut

inter omne vie et vite hujus varietátes  
tuo super protegártur auxílio. Per  
Dóminum [nostrum].<sup>232</sup>

**C** Lectio libri Genesis. (xxij. 7.)

**I**n diébus illis. Locútus est Abra-  
ham dicens, Dóminus Deus celi  
qui tulit me de domo patris mei et de  
terra nativitatis<sup>233</sup> : qui locútus est

michi et jurávit<sup>234</sup> dicens, Sémini tuo  
dabo terram hanc : ipse mittet  
ángelum suum coram te.

1506:45r; GS:64, 149; Grad-1508:75r, 153r; Missal-1513:51r.<sup>235</sup>

Grad.

V.



S- to \* michi in De- um pro- tec- tó-  
rem : et in lo- cum re- fú- gi- i,  
ut sal- vum me fá- ci- as.

061-05. *XV. De-us in te spe-rá-vi Dó-mi-ne non*

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

Musical notation for the Latin text "confundar in eternum." The notation is in two-line redigamus notation. The first line ends with a vertical bar, and the second line begins with a vertical bar. The lyrics are written below the notes.

*Repetatur gradale.*

1506:45r; GS:160; Grad-1508:161r; Missal-1513:120v.<sup>236</sup>

Musical notation for the Alleluia sequence. The notation is in four-line redigamus notation. It includes a large initial decorated letter "A". The lyrics are written below the notes, with some lines starting with a vertical bar and others continuing from the previous line. The text includes "L-le- lú- ya. \* Qui ti-", "ment Dó- mi-num spe- rent", "in e- um : adjú- tor et pro- téc-", and "tor e- ó- rum \* est."

¶ *Si in tempore paschali contigerit : tunc erit secundum Allelúya. unum ex sequentibus.*

1506:45v; GS:126; Grad-1508:123v; Missal-1513:93r.<sup>237</sup>

Musical notation for the Alleluia sequence. The notation is in four-line redigamus notation. It includes a large initial decorated letter "A". The lyrics are written below the notes, starting with "L-le- lú- ya. \*".

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

V. Opor-té-bat pa-ti Chris-tum, et re-súrge-re  
 a mórtu-is : et i-ta intrá-re in  
 gló-ri- am \* su-am.

*Vel Allelúa. Surréxit altíssimus. vel Allelúa. Christus mórtuus est.*

*Require in gradualibus. (Missale: 819-820.)*

*Evangelium secundum Matheum. (x. 7-15.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis, Eúntes predicáte dicéntes : quia appropinquávit regnum celórum. Infírmos<sup>238</sup> curáte : mórtuos suscitáte : leprósos mundáte : démones ejícite. Gratis accepítis : gratis date. Nolíte possidére aurum neque argéntum<sup>239</sup> in zonis vestris. Non peram : non calceaménta : neque duas túnicas habeátis<sup>240</sup> : neque virgam. Dignus<sup>241</sup> est operárius mercéde sua.<sup>242</sup> In quamcúmque aut castéllum intravéritis : interrogáte quis in ea dignus sit. Et ibi manéte donec exeátis. Intrántes

autem<sup>243</sup> domum : salutáte eam di-céntes, Pax huic dómui. Et síquidem illa domus fúerit digna : máneat<sup>244</sup> pax vestra super eam. Si autem non fúerit domus<sup>245</sup> digna : pax vestra super vos revertétur.<sup>246</sup> Et quicúnque non recéperit vos : nec<sup>247</sup> audíerit ser-mónes vestros : exeúntes<sup>248</sup> de domo vel de<sup>249</sup> civitáte : excútite púlverem de pédibus vestris [46r.] super eam.<sup>250</sup> Amen dico vobis tolerabílius : erit terre Sodomórum et Gomorrheórum in die judícií, quam illi civitáti.

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

1506:46r; GS:74, 144; 1508:82v, 149r; 1513:58r.<sup>251</sup>


Offert.  
III.

069-05.



Pe-rent \* in te omnes qui no-vé-runt no-men  
 tu-um Dómi-ne : quó-ni-am non de-re-línquis  
 que-rén-tes te, psál-li-te Dó-mi-no qui há-  
 bi-tat in Sy-on : quó-ni-am non est oblí-tus  
 o-ra-ti-ó-nem páupe-rum.  
*In tempore paschali.*

Al-le-lú-ya.

*Hic offerant peregrini.*

*Secreta.*

 Ropiciáre quésimus Dómine  
 supplicatióibus nostris et has  
 oblatiônes quas tibi offérimus pro  
 fámulis tuis benígnus assúme : ut

viam illórum precedénte grátia tua  
 dírigas : et subsequénte comitári dig-  
 néris : ut de actu atque incolumitáte  
 eórum secúndum misericórdie tue

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

presídia gaudeámus. Per Dóminum  
nostrum Jésus Christum Fílium | tuum qui tecum vivit et regnat Deus.  
Per.

1506:47r; GS:60, 164; Grad-1508:72v, 164r; Missal-1513:47v.<sup>252</sup>

Comm.

VII.



U mandásti \* mandá- ta tu- a custo-dí- ri ni-  
mis : ú-ti-nam di-ri-gántur vi- e me- e, ad custo- di-  
én-das justi- fi-ca- ti- ó- nes tu- as.

*In tempore paschali dicitur.*

057-08.

[46v.]

Alle- lú- ya al-le- lú- ya.

*Postcommunio.*

**S**umpta quésumus Dómine ce-  
lestis mystérii sacraménta ad  
prosperitátem itíneris fámuli tui  
proficiant : et eum ad salutária cuncta  
perdúcant. Per Dóminum nostrum

Jesum Christum Filium tuum qui  
tecum vivit et regnat in unitáte  
Spíritus Sancti Deus. Per ómnia  
sécula seculórum. Amen.

**C** Post missam dicat sacerdos has orationes sequentes super peregrinos coram altare prostratos : sive profecturi sint Hierusalem : sive ad sanctum Jacobum<sup>253</sup> vel ad aliam peregrinationem cum Dóminus vobíscum. et cum Orémus.

*Oratio.*

**D**eus infinítæ misericórdie et ma-  
jestatis imménsa : quem tuérís  
abjúngunt, respice, adéstō fámulis tuis

et presta : ut in te ubíque confi-  
téntibus : et per omnem quam itúri  
sunt viam dux eis et comes esse

Ordo ad servitium peregrinorum faciendum.

---

dignáre nichil illis adversitátis nóceat : nichil difficultátis obsístat : cuncta eis sint salúbria : cuncta sint próspera : ut sub ope misericórcie tue quicquid

juste petíerint desidério céleri et próspero consequátur efféctu. Per Christum.

*Alia oratio cum Orémus.*

*Oratio.*

**D**omi nípotens Deus qui est via véritas et vita : iter tuum in beneplácito tuo dispónat : ángelum suum Raphaélem in hac peregrinatióne tui custódem adhíbeat : que ad loca desideráta cum pace eúdo te perdúcat : et cum salúte íterum te ad nos redeúndo redúcat. Sit intervéntrix tui beáta Dei génitrix María : cum univérsis ángelis et archaángelis,

partriárchis quoque et prophétis : sint intercessóres tui sancti apóstoli Petrus et Paulus cum céteris apóstolis, martyribus, confessóribus atque virgínibus obtíneant que tibi sancti quorum queris vestígia cum ómnibus sanctis, justa desidéria et prosperitátem remissionémque ómnium delictórum ac vitam etérnam. Per Dóminum.

*Deinde communicentur ita et recedant in nomine Domini.*

## [*Benedictio ensis novi militis.*]

*Benedictio ensis novi militis fiat hoc modo : interum genuflectente ipso milite coram altari : primo dicat sacerdos sine nota Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**eus cunctórum in te spe-rántium protéctor, adéstō sup-plicatióibus nostris : et concéde huic fámulo tuo qui cíncero corde gladióse primo nítitur precíngere militári : ut in ómnibus gálea tue<sup>254</sup> virtútis sit protéctus : et sicut David et Judeth

contra gentis sue hostis fortitúdinis poténtiam, victóriam tribuísti : ita tuo auxílio munítus contra hóstium su-órum sevíciam victor ubique exístat : et ad sancte ecclésie tutélam proficiat. Per Christum [Dóminum nostrum. Amen].<sup>255</sup>

*Alia oratio cum Orémus.*

**D**eus qui trinos gradus hóstium post lapsum Ade in toto orbe terrárum constituísti : quo plebs tua fidélis immúnis ab omni ímpetu nequítie secúra et quiéta permáneret : adéstō supPLICatióibus nostris : et hunc ensem respice quem invocatióne tui sanctíssimi nóminis benedícimus

bene ✕ dícere dignáre : ut fámulus tuus cui eum te largiénte concédimus ac accíngimus sic eo utátur. *Hic succingat sacerdos militem cum ense.* quatínus et hostes ecclésie insidiántes réprimat : et seípsum ab omni inimíco tua protectióne poténter deféndat. Per Christum.

**I** Deinde aspergat sacerdos militem ense succinctum aqua benedicta : et recedat miles in nomine Domini.

[47r.]

## **C** *Benedictio carnium in die pasche.*

*Cum Dóminus vobíscum et Orémus.*

*Oratio.*

**D** Eus celi terréque Dominátor,  
qui das escam omni carni, et  
imples omne ánimál benedictióne :  
bénéΧdic et sanctíΧfica hanc crea-

túram carnis : ut nobis dona tua  
suméntibus áнимé et córporis sani-  
tátēm concédas. Per Christum [Dó-  
minum nostrum. Amen].<sup>256</sup>

*Alia Oratio cum Orémus.*

*Oratio.*

**D** Eus qui univérse carnis es  
cónditor : qui Noe et filiis suis  
de mundis et immúndis animálibus  
precépta dedísti : quiue sicut ólera  
herbárum humáno géneri quadrupédia  
munda édere permisísti : et qui ag-  
num in Egýpto Móysi et pópulo tuo  
in vigília pasche comédere precepísti  
in figúra agni Dómini nostri Jesu  
Christi, cujus ságuine ómnia primo-  
génita tibi de mundo redemísti : et  
nocte illa omne primogénitum in  
Egýpto percútere precepísti, servans

pópulum tuum agni ságuine pre-  
notátum : dignáre Dómine Deus  
omnípotens beneΧdícere et sanctíΧ-  
ficáre has carnes : ut quicúnque ex  
pópulo tuo fidéli ex illis coméderint,  
omni benedictióne celésti et grátia tua  
saturáti repleántur in bonitaté. Per  
quem hec ómnia Dómine cóndita  
sunt et ab inítio créata Salvátor  
mundi. Qui vivis et regnas cum  
éodem Fílio tuo<sup>257</sup> in unitáte Spíritus  
Sancti. *etc.*

*Hic aspergatur aqua benedicta super carnes etc.*

## *Benedictio carnis casei butyri ovorum sive pastillarum in pascha.*

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**omine Deus omnípotens, qui fecísti et creásti cuncta vivéntibus tue largitatis alimóniam : humánūmque genus spirituálibus escis ac póculis tuórum preceptórum, terrenísque substántiis tuórum donórum indesinénter réficiis : te omnipoténtem Deum obníxe pétimus, ut hec dona tua carnis, cásei, butýri, vel ovórum sive cujuscúnque altérius cibi

quem tu ipse creásti et nobis donásti, perpétua claráque benignitáte sanctificáre ac bene ✕ dícere dignérис. Vescántibus ex eis largam tue benedictiónis sanitátem in viscéribus eórum [47v] cleménter colláta : et preséntis vite sospitátem et futúre beatitúdinem misericórditer índulge. Per Dóminum.

**I** Deinde aspergat sacerdos aquam benedictam.

## *Benedictio novorum fructuum quorumcunque.*

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnípotens etérne Deus qui benedixísti quinque panes in déserto et duos pisces unde saturáti sunt quinque mília hóminum : sic bene ✕ dícere et sanctificáre dignérис hunc fructum quem accipiámus in tuo sancto nōmine et Fílii tui Dómini nostri Jesu

Christi : ut qui súmpserint ex eo accípiant saturitátem mentis, protecciónem córporis, tutélam salútis, securitátem<sup>258</sup> spei, corroboratiórem fidei, et eternitátem Spíritus Sancti. Per eúndem Dóminum. In unitáte ejúsdem.

*Hic aspergatur aqua benedicta &c.*

## ¶ *Benedictio ad omnia quecunque volueris.*

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**C**réátor et conservátor humáni  
géneris, dator grátie spirituális,  
largítor etérne salútis : tu Dómine  
mitte Spíritum Sanctum tuum super  
hanc creatúram *N.* ut armáta virtúte

celéstis defensiónis quicúnque ex ea  
gustáverint proficiat illis ad salútem :  
et tam córporis quam ánime recípiant  
sanitátem. Per Dóminum. [In uni-  
tate ejúsdem.]<sup>259</sup>

*Hic aspergatur aqua benedicta super ea.*

## ¶ *Benedictio seminis.*

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**B**Mnípotens sempitérne Deus  
créátor géneris humáni sup-  
plíciter tuam clemétiā exorámus :  
ut hoc semen quod in tuo sancto  
nómine seréndi<sup>260</sup> sumus in agros  
nostros : celésti benedictióne bene-  
×

dícere et multiplicáre atque ad  
maturitátem perdúcere<sup>261</sup> dignérīs : ut  
per univérsum orbem terrárum col-  
laudétur déxtera tua. Per Dóminum  
nostrum.

**¶** *Deinde aspergatur aqua benedicta super semen.*

## ¶ *Benedictio pomorum in die sancti Jacobi.*

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**Omine sancte Pater omnípotens  
etérne Deus qui ad infirmi  
mundi ornátum die tértia lignum  
pomíferum fácer fructum in primo  
precepísti : quique amárum vétili  
pomi sapórem antíqui serpéntis suáve

a pátribus nostris gustátum unigéniti  
Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi  
passióne salutári non sentíre pósteros  
filios naturáliter voluísti, a quo sánitas  
et omne medicaméntum venit : qué-  
sumus inerrábilem pietátem tuam : ut

hunc novórum pomórum fructum tuo conspéctui oblátum bene ✕ dícere et sancti ✕ ficáre dignéris : quátinus sancti apóstoli tui Jacóbi et mártiris tui Christophóri (quorum hódie festa celebrámus)<sup>262</sup> omniúmque sanctórum tuórum méritis ac précibus :

quicúnque fidéles tui cum gratiárum actíone ex eo gustáverint, sanitátem mentis et córporis operánte in eis Spíritu Sancto percípere mereántur. Per eúndem Dóminum. In unitáte ejúsdem Spíritus Sancti Deus. &c.

## *Item benedictio pomorum.*

[48r.]

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**T**E deprecámur omnípotens Deus, ut bene ✕ dicas hunc fructum novórum pomórum : ut qui esu árboris letális et pomi in primo parénte justa funérís senténtia mulcátati<sup>263</sup> sumus : per illustrátióne únici Filii tui Redemptóris Dei ac Dómini nostri Jesu Christi, et

Spíritus Sancti benedictiónem sanc-tificáta sint ómnia atque benedicta : depulsisque primi facinóris intentatóris insídiis, salúbriter ex hujus diéi anniversária solennítate divérsis terris edénda gérmına sumámus. Per eúndem Dóminum. In unitáte ejúsdem.

**D**einde sacerdos aspergat ea aqua benedicta.

## **¶ Benedictio elemosine.**

*Cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**eprecor te Dómine sancte Pater Omnipotens etérne Deus, ut istam elemósinam bene ✕ dícere et sanctificáre dignéris pro ánima fámuli

tui N. ad remédium et remissiónem peccatórum suórum : ut in luce tue amenitatis sine fine letétur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum.

*Deinde aspergat saecrdos super eam aquam benedictam.*

## *Benedictio panis in diebus dominicis.*

*In primis sacerdos legat evangelium secundum Johannem, In princípio. 92. et postea dicat **V.** Sit nomen Dómini benedictum. **R.** Ex hoc et usque in séculum.*

**C** Deinde dicat sic, Dóminus vobíscum. et Orémus.

*Oratio.*

**B**ene **X** dic Dómine creatúram  
istam panis sicut benedixísti  
quínque panis in desérto ut omnes ex eo gustántes tam córporis quam  
ánime accípiant sanitátem. In nómine  
Patris et Filii et Spíritus Sancti.

*Tunc aspergatur aqua benedicta super panem et distribuatur.*

## *Benedictio scuti et baculi ad duellum faciendum.*

*In primis dicat sacerdos prostratus ante altare psalmos sequentes cum Glória Patri.  
pugnaturo interim genuflectente retro sacerdotem.*

*Ps.* Deus in adjutórium. (*lxix.*) *Require in visitatione infirmorum.*<sup>264</sup> 201.

*Ps.* Benedícam Dóminum. (*xxxij.*) (Brev.: [170].)

*Ps.* Júdica Dómine nocéntes me. (*xxxiv.*) (Brev.: [171].)

*Ps.* Qui hábitat. (*xc.*) *ut supra in officio peregrinorum.* 120.

*Ps.* Quicúnque vult. (Brev.: [104].)

*Ant.* Ne reminiscáris Dómine delícta nostra. *etc.* 187.

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[**V.**] Et ne nos [indúcás in tentatióñem.

**R.**] Sed líbera nos [a malo.

[**V.**] Dómine non secúndum peccáta nostra fácies nobis.

[**R.**] Neque secúndum iniquitátes nostras retríbue nobis.

[**V.**] Dómine ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum.

[**R.**] Cito antícipent nos misericórdie tue quia páuperes facti sumus nimis.

[**V.**] Adjuva nos Dómine salutáris noster.

[**R.**] Et propter glóriam nóminalis tui Dómine líbera nos et propícius esto peccátis

nostris propter nomen tuum.

[V.] Salvum fac servum tuum.

[R.] Deus meus sperántem in te.

[V.] Mitte ei Dómine auxílum de sancto.

[R.] Et de Syon tuére eum.

[V.] Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

[R.] A fácie inimíci.

[V.] Convrétere Dómine úsquequo.

[R.] Et deprecábilis esto super servum tuum.

[48v.]

[V.] Dómine exáudi oratióinem meam.

[R.] Et clamor meus [ad te] véniat.

[V.] Dóminum vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**O**Mnipotens sempiterne Deus qui mundum ex infórmia ma-  
téria fecísti et únicum Fílium tuum  
tibi coetérnus pro géneris humáni  
redemptióne Spíritu Sancto coope-  
ránte incarnári atque de hoste antiquo  
triumpháre fecísti te supplíciter pé-  
timus : ut hoc scutum atque báculum  
istum déxtera poténtie tue bene $\ddagger$ dí-  
cere dignérис : ut sint arma invinci-  
bilia respice atque triumpháre potén-

tia te adminiculánte victrícia : quá-  
tinus cuicúnque his armis pugnáverit  
tua protectióne munitus tam córporis  
quam ánime salútem percípiat atque  
victoriósum de hoste repótans trop-  
héum bello perácto : tibi creatóri  
ómnia grátias réferat cum Fílio tuo  
Dómino nostro Jesu Christo qui  
tecum et cum eódem Spíritu Sancto  
vivit et regnat Deus per ómnia. *etc.*

*Hic aspergat sacerdos scutum et baculum aqua benedicta, deinde resurgente pugnaturo : tradat ei sacerdos scutum dicendo,*

*Accipe hoc scutum ad córporis tui protectióнем. In nōmine Patris. *etc.**

*Item dicat sacerdos,*

*Prótegat te Christus Fílius Dei vivi, amen.*

*Deinde tradat ei sacerdos baculum dicens,*

*Accipe hunc báculum ad hoc duéllum preparátum cum quo váleas tibi rebel-*

lántem prostérnere et resurgéntem<sup>265</sup> contérere habeásque victóriam. In nomine Patris. &c.

*Deinde tenens pugnaturus scutum et baculum iterum genuflectat coram altari dicente super eum sacerdote,*

Dóminus vobíscum. et Orémus.

*Oratio.*

**C**onfortátor et corroborátor sus-tentamentúmque tuórum fidé-lium Adónay indeficiens interminá-bilis : inerrábilis Pater etérne Deus : que gentes magnas et reges fortes coram pôpulo tuo Israel destruxísti et vicísti quique púero tuo David de gigânte te blasphemánte : atque in sua virtúte confidénte triumpháre con-cessisti : te súpplices exorámus : ut hunc fámulum tuum N. in te confi-déntem benedícere : adjuváre proté-

gere : confortáre et conserváre : atque sanctórum tuórum angelórum presídio eum valláre dignérís presta ei Dómine fidem rectam spem firmam cordis fidúciam córporis fortitúdinem omniúmque membrórum valitúdinem quátinus te adjuvánte hostem pros-térnere aque victóriam capéscere mereátur tibíque soli Deo omnipo-tenti bello triumpháliter perácto grátias et laudes réferat. Per Chris-tum Dóminum.

*Deinde sacerdos dans ei benedictionem dicat hoc modo,*

**C**onfortáre et esto robústus spera-in Dómino fac bonitátem et noli oblívisci omnis retributiónes ejus ipse det tibi vitam et victóriam et bene-**+**dictiónem in séculum séculi, amen. Bene **+** dícat te Deus Pater, amen.

Custódiat te Jesus Christus, amen. Confórtat te Spíritus Sanctus, amen. [49r.] Prestet tibi victóriam trinus et unus Deus. Qui vivit et regnat per ómnia séculórum, amen.

*Deinde aspergat sacerdos eum aqua benedicta et ita recedat in nomine Domini.*

## [*Benedictio oculorum infirmorum.*]

*Benedictio oculorum infirmorum potest fieri in hunc modum si necessitas inducat et devotio alicujus illam deposcat.*

Benedictio navis.

---

*In primis genuflectat infirmus coram altari, deinde dicat sacerdos Dóminus vobíscum.  
et Orémus.*

*Oratio.*

**D**omine Jesu Christe qui ape-  
ruísti óculos ceci nati : seréna  
hujus fámuli tui óculos dans in eis  
visum perspicácem, sufficiéntem ydó-

neum, competéntem in obséquium  
tuum per virtútem hujus sacraménti  
et per hoc signum sancte crucis tue.

*Hic signet sacerdos oculos infirmi signo sancte crucis cum corporalibus et cum eisdem  
ventulet in oculis ejus dicens,*

In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti, amen.

*Benedictio navis.*<sup>266</sup>

*Cum Dóminus vobíscum. et cum Oremus.*

*Oratio.*

**D**eus cujus providéntia univérsa  
regúntur et conservántur : qui  
domináris potestáti maris et mítigas  
motum flúctuum ejus qui Noe fámulo  
tuo ne genus humánum tuum<sup>267</sup> pe-  
ríret in dilúvio arcum fáceré precepísti :  
qui ventis et tempestátibus ímperas et  
obédiunt : qui Petrum super aquas  
maris ambulántem ne mergerétur  
erexísti : tuam Dómine cleméntiam  
obníxe pétimus et humíliter implorámu-  
s : quátinus hanc navículam per  
virtútem sancte crucis, et per inter-  
cessiónem et glorióse semper vírginis,  
et ómnium sanctórum tuórum : tua

déxtera dignérís bene ✕ dícere om-  
nésque insídias hóstium visibílum et  
invisibílum ab ea repéllere : ut in ea  
sub tua protectióne navigántes, nullis  
illudántur fantasmátibus : nullis dejí-  
ciántur advérsis : non eos vórago  
terríbilis sórbeat : non tempéstas  
impéllat : non frangat scópulus : non  
invádat adversárius : sed univérsis  
expedíti terróribus nomen tuum  
collaudántes : ad própria cum gáudio  
revértí mereántur. Per te Salvátor  
mundi : qui cum Deo Patre et Spirítu  
Sancto vivis et regnas Deus, per  
ómnia séculórum. Amen.

*Deinde aspergatur navis aqua benedicta.*

## [*Benedictiones mense.*]

### [*Ante prandium.*]<sup>268</sup>

*Omni die per annum de quocunque fiat servitum nisi in diebus veneris et quando jejunium est preceptum ut in vigiliis quatuor temporibus et ferialibus diebus infra quadragesimam, et nisi per ebdomadam pasche, dicantur benedictiones ante prandium hoc modo.*

*In primis dicat sacerdos, Benedícite.*

*R.* Dóminus.

*Psalmus. (cxliij. 15-16.)*

**D**Culi ómnium in te sperant  
Dómine : et<sup>269</sup> tu das escam il-  
lórum témpore opportúno.

16. Aperis tu manum tuam et

imples omne ánimál benedictióne.

Glória Patri.

Sicut erat.

[49r.] Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

*Deinde dicat sacerdos, Et ne nos indúcas in tentatióne.*

*R.* Sed líbera nos a malo.

*Sacerdos. Orémus.*

**B**Ene ✕ dic Dómine nos et dona  
tua que de tua largítete sumus

sumptúri. Per Christum Dóminum  
nostrum. *R.* Amen.

*Lector. Jube dómine benedícere.*

*Sacerdos. Mense celéstis partícipes fáciat nos rex etérne glórie. Amen.*

*Lector.*

(*c f. 1. Job. iiij. 16.*)

**D**EUS cháritas est : et qui manet  
in charitáte in Deo manet, et

Deus in eo : sit Deus in nobis et nos  
maneámus in ipso. *R.* Amen.

*Hec predicta lectio non mutatur per totum annum quando predicte benedictiones dici  
debent ante prandium nisi in dominicis paschalis temporis tantum, tunc enim dicatur  
sequens lectio.*

(*I. Cor. v. 7-8.*)

<b>C</b> xpurgáte vetus ferméntum ut <b>C</b> sitis nova conspérsio sicut estis ázimi : étenim pascha nostrum im-	molátus est Christus : ítaque epulé- mur in Dómino.
---	--

[*Post prandium.*]<sup>270</sup>

*Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo,*

(*cf. II. Cor. xij. II.*)

<b>D</b> eus pacis et dilectionis máneat semper nobiscum. Tu autem	Dómine miserére nostri. <i>R.</i> Deo grárias.
---	---

*Psalmus. (cxliij. 10.)*

<b>C</b> onfiteántur tibi Dómine ómnia ópera tua : et sancti tui bene- dícant tibi.	Glória Patri. Sicut erat.
---	------------------------------

*Deinde dicat sacerdos capitulum.*

<b>A</b> rimus tibi grárias omnípotens Deus pro univérsis beneficiis tuis	qui vivis et regnas Deus per ómnia sécula seculórum. Amen.
--	---

*Deinde dicatur sequens psalmus, sacerdote incipiente.*

(*Psalmus cxvj.*)

<b>L</b> audáte Dóminum omnes gentes : <b>L</b> audáte eum omnes pópuli. 2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus : et véritas	Dómini manet in etérnum. Glória Patri. Sicut erat.
--	--

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[*V.*] Et ne nos [indúcas in tentatióne].

[*R.*] Sed libera [nos a malo].

[*V.*] Dispérsit dedit paupéribus.

[*R.*] Justícia ejus manet in séculum séculi.

[*V.*] Benedíc Dóminum in omni témpore.

[*R.*] Semper laus ejus in ore meo.

- [V.] In Dómino laudábitur áнима mea.  
[R.] Audiant mansuéti et leténtur.  
[V.] Magnificáte Dóminum mecum.  
[R.] Et exaltémus nomen ejus in idípsum.  
[V.] Sit nomen Dómini benedíctum.  
[R.] Ex hoc nunc et usque in séculum.  
*Deinde dicat sacerdos sine oremus.*

**R**Etribúere dignáre Dómine  
Deus ómnibus nobis bona | facicéntibis propter nomen sanctum  
tuum vitam etérnam. Amen.

- [V.] Benedicámus Dómino.  
[R.] Deo grátias.

*Deinde dicatur sacerdos de sancta Maria aliqua antiphona ad placitum cum versiculis  
et oratione de eadem que magis tempori convenient : quibus dictis dicatur pro fidelibus  
defunctis.*

*Psalmus (cxxix).*

**D**E profúndis clamávi ad te  
Dómine : Dómine exáudi vo-  
cem meam.

2. Fiant aures tue intendéntes : in  
vocem deprecationis mee.
3. Si iniquitátes observáveris Dó-  
mine : Dómine quis sustinébit.
4. Quia apud te propiciatio est : et  
propter legem tuam sustinui te

- Dómine.  
5. Sustínuit áнима mea in verbo ejus :  
sperávit áнима mea in Dómino.  
6. A custódia matutína usque ad [50r.]  
noctem : speret Israel in Dómino.  
7. Quia apud Dóminum misericórdia :  
et copiosa apud eum redémpcio.  
8. Et ipse rédimet Israel : ex  
ómnibus iniquitáribus ejus.

*Finito psalmo non dicatur Glória Patri. sed statim sequatur.*

Kyrieléyson. Christéléyon. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[V.] Et ne nos [indúcas in tentatióne].

R.] Sed líbera [nos a malo].

V.] Réquiem etérnam dona eis Dómine.

R.] Et lux perpétua lúceat eis.

V.] A porta íferi.

[R.] Erue Dómine áimas eórum.

[V.] Credo vidére bona Dómini.

[R.] In terra vivéntium.

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**A**bsólve quésumus Dómine áimas famulórum famularúmq[ue] tuárum paréntum parochianórum amicórum et benefactórum nostrórum et ómnium fidélium defunctórum : ut

in resurrectiōnis glória inter sanctos et eléctos tuos resuscitati respírent. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

[V.] Requiéscant in pace.

[R.] Amen.

*Deinde dicat sacerdos, Benedícite.*

R. Dóminus.

*Sacerdos.* Det vivis grátiam, defúnctis misericórdiam, ecclésie et regno pacem : et nobis vitam etérnam.

[R.] Amen.

*Et dicatur psalmus De profundis. in fine gratiarum post prandium omni die per annum de quocunque fiat servicium nisi in duplicibus festis principalibus.*

**[Ante cenam.]**

*Ante cenam vero per totum annum fiant benedictiones hoc modo sacerdote dicente, Benedícite.*

R. Dóminus.

*Sacerdos.* Cenam sanctíficet qui nobis ómnia prebet. In nōmine Patris **¶** et Fílii et Spíritus Sancti.

[R.] Amen.

[*Post cenam.*]

*Deinde post cenam per totum annum nisi per ebdomadam pasche dicat sacerdos hoc modo,*

[*X.*] Benedíctus Deus in donis suis.

*R.* Et sanctus in ómnibus opéribus suis.

[*X.*] Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

*R.* Qui fecit celum et terram.

[*X.*] Sit nomen Dómini benedíctum.

*R.* Ex hoc nunc et usque in séculum.

*Sequatur oratio sine Orémus. Retribúere dignáre. 142. cum antiphona de sancta Maria ut supra post prandium. Nunquam enim dicatur psalmus De profúndis. post cenam secundum usum Sarum.*

[*Ante prandium in jejuniis.*]

*Quandocunque fuerit quod<sup>271</sup> jejunium est<sup>272</sup> preceptum ut in vigiliis et quatuor temporibus et in omnibus ferialibus diebus infra quadragesimam de quoquaque fiat servitium dominicis diebus tantum exceptis : ac in omni die veneris per annum, quodcunque festum duplex vel simplex ibidem contigerit : nisi in die natalis Domini et per ebdomadam pasche, dicantur benedictiones ante prandium hoc modo.*

[*X.*] Benedícite.

*R.* Dóminus.

(*Psalmus xxj. 27.*)

<b>P</b> ent páuperes et saturabúntur et laudábunt Dóminum qui requírunt eum : vivent corda eórum	in séculum séculi. Glória Patri. Sicut erat.
---	--

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[*X.*] Et ne nos [indúcás in tentatióne].

*R.* Sed líbera nos a malo.

[*X.*] Orémus. [*Oratio.*] Benédic Dómine nos. *ut supra.* 140.

[*X.*] Jube dómine benedícere.

*Sacerdos.* Cibo spirituális alimónie reficiat nos Rex etérne glórie amen.

Benedictiones mense.

---

*Lector.*

(II. Cor. xijj. 13.)

**R**átia Dómini nostri Jesu Christi et cháritas Dei et com-

municátió Sancti Spíritus sit semper [50v.]  
cum ómnibus nobis. Amen.

*Hec predicta lectio non mutatur per totum annum, quando iste benedictiones dici debent ante prandium : nisi in ferialibus diebus infra quadragesimam, tunc enim dicatur hec lectio.*

(Isai. lvijj. 7.)

**F**Range esuriánti panem tuum : et  
egénos vagósque induc in do-  
mum tuam. Cum vidéris nudum ó-

peri eum : et carnem tuam ne des-  
péixeris, ait Dóminus omnípotens.

*Similiter in vigilia pasche dicitur hec lectio.*

(Col. iij. 1.)

**S**i consurrexístis cum Christo  
que sursum sunt quérите : ubi

Christus est in déxtera Dei sedens.

[*Post prandium in jejuniis.*]

*Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo.*

*Deus pacis et dilectionis. ut supra. 141.*

*Psalmus. (cx. 4-5.)*

**M**emóriam fecit mirabílum su-  
órum miséricors et miserátor  
Dóminus : escam dedit timéntibus se.

Glória Patri.  
Sicut erat.

*Capitulum. Agimus tibi grátias. 141.*

*Ps. Laudáte Dóminum omnes.*

*Quóniam confirmáta. ut supra. 141.*

*Iste psalmus predictus non mutatur per totum annum nisi in ferialibus diebus infra quadragesimam, tunc enim loco ejus dicitur psalmus Miserére mei. l. 184. per totam quadragesimam de quocunque fit servitium, et ratio quia hujusmodi benedictiones sunt de natura temporali et non sanctorum. Deinde fiant omnia ut supra post prandium in alio tempore. Tamen in vigilia pasche non dicitur psalmus Miserére. sed psalmus Laudáte Dóminum omnes gentes.*

*Quo dicto dicat sacerdos,  
Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**S**piritum in nobis Dómine tue  
charitatis infunde : ut quos  
sacraméntis paschálibus saciásti, tua  
fáciás pietate concórdes. Per eúndem

Dóminum nostrum Jesu Christum  
Fílium tuum. &c. In unitate ejúsdem  
Spíritus Sancti Deus per ómnia sécula  
seculórum. Amen.

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Benedicámus Dómino.

[R.] Deo grátias.

*[Ante prandium in hebdomada pasche.]*

*In die pasche et per totam ebdomadam fiant benedictiones ante prandium hoc modo.*

[V.] Benedícite.

[R.] Dominus.

(*Psalmus cxvij. 24.*)

**H**ec dies quam fecit Dóminus :  
exultémus et letémur in ea.

Glória Patri.

[Sicut erat.]

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatum.*]

[V.] Et ne nos [indúcás in tentatióne].

R.] Sed líbera nos [a malo].

V.] Orémus. Bénedic Dómine nos. 140.

[V.] Jube dómine benedícere.

[R.] Mense celéstis [partícipes fáciat nos Rex etérne glórie. Amen].

*Lector.* Expurgáte vetus ferméntum. *ut supra.* 141.

*[Post prandium in hebdomada pasche.]*

*Deinde post prandium dicat sacerdos hoc modo.*

**H**ui dat escam omni carni con-  
fitémini Deo celi. Tu autem

Dómine miserére nostri. [R.] Deo  
grátias.

*Psalmus. (cxvj.)*

<p><b>L</b>Audáte Dóminus omnes gentes [: laudáte eum omnes pópuli].</p> <p>2. Quóniam confirmáta est super nos [misericórdia ejus : et véritas</p>	<p>Dómini manet in etérnum].</p> <p>Glória Patri.</p> <p>Sicut erat.</p>
---	--

*V.* In resurrectióne tua Christe.

*R.* Celi et terra leténtur allelúya.

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

[*V.*] Orémus.

[*Oratio.*] Spíritum in nobis. *ut supra.* 146.

[*V.*] Benedicámus Dómino.

[*R.*] Deo gratias.

*[Ante et post cenam in hebdomada pasche.]*

*Ante cenam fiant benedictiones ut supra, deinde post cenam dicatur hoc modo.*

*Ps.* Hec dies quam fecit Dóminus. 146.

*V.* In resurrectióne tua Christe.

*R.* Celi et terra leténtur.

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

[*V.*] Orémus.

[*Oratio.*] Spíritum in nobis Dómine. *ut supra.* 146.

[*V.*] Benedicámus Dómino.

[*R.*] Deo grárias.

[51r.]

## [*Servitium includendorum.*] <sup>273</sup>


**P**haliter hi qui ad ordinem anachoritarum accedunt : accedere sive se habere debeant, sequentia secundum usum Sarum declarabunt. Non oportet quemquam inclusum fieri sine episcopi consultu : [sed] <sup>274</sup> ab episcopo aut aliquo alio presbitero eruditatur ac moneatur <sup>275</sup> quatinus ipse devotus conscientiam suam scrutetur : ac videlicet utrum bona intentione aut mala sanctitatem appetit, si Deo placere aut lucrum sive laudem humanam acquirere affectat : denique an vires ei an constantia mentis suppetant contra maligni hostis versutias, et contra hujus mundi innumerabiles molesitas. Que cum se pro regno Dei tolleraturum et in Deo solo spem positurum promiserit, includat eum episcopus aut presbiter jussu episcopi. Ipse vero inclusus discat non superbe sapere quoniam meruit a frequentia hominum separari, sed infirmitati sue potius credat esse provisum aut consultum quod elongatus est a consortio : proximorum ne crebrius peccando ac se perditioni mancipando cohabitantes enim contaminaret, et ob hoc in damnationem gravorem incideret. Reputet ergo se inclusus quasi peccatis damnatum et celle solitarie velui carceri traditum : et propter infirmitatem propriam hominum consortio indignum. Hec regula in utroque sexu servetur.

### **I**ncipit ordo famulos vel famulas Dei includendi. <sup>276</sup>

*In primis* <sup>277</sup> provideat sibi qui includendus est quod de omnibus peccatis suis que memorie sue occurrere possint sit confessus : et quod in die diem inclusionis precedente pane et aqua tantum reficiatur. In nocte vero sequente in monasterio inclusorio suo vicino cum cereo suo accenso devote in orationibus vigilare tenetur. In crastino facta exhortatione ad populum et ad eum qui includendus est, episcopus vel sacerdos incipiat hoc responsorium.

1506:51r; AS:152; Ant-1519:148r; Brev-1531:89r. <sup>278</sup>

6653.      Resp. II.



- mendé-mus

Servitium includendorum.

*Chorus prosequatur.*

\* in mé- li- us que igno-rán- ter pec- cá-vi- mus, ne  
sú-bi-to pre-occu-pá- ti di- e mor-tis que-rámus spá-ci-  
um pe-ni-ténti- e et inve-ní-re non póssi- mus. †At- [51v.]  
ténde Dómi- ne et mi-se-ré- re qui- a peccá- vi-  
mus ti- bi. ⁊ Ad-ju-va nos De- us sa-lu-tá-ris nos-ter :  
et propter gló-ri- am nómi-nis tu- i Dómi-ne lí-be-  
ra nos. †At-ténde.

6653z.

¶ Postea prosternens se episcopus vel sacerdos super tapetum ante altare cum clericis incipiat hos psalmos, Dómine ne in furóre. (vj.) 182. et Dómine Dóminus noster. (vij.) (Brev.:[21].) cum Glória Patri.

*Psalmus xix.*

**C**Xáudiat te Dóminus in die tribulaciónis : protégat te nomen Dei Jacob.

2. Mittat tibi auxílum de sancto : et de Syon tueártur te.

3. Memor sit omnis sacrificii tui : et holocáustum tuum pingue fiat.

4. Tríbuat tibi secúndum cor tuum : et omne consílium tuum confírmet.

5. Letábimur in salutári tuo : et in nómine Dei nostri magnificábimur.

6. Impleat Dóminus omnes petitíones tuas : nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum

suum.

7. Exáudiet illum de celo sancto suo : in potentáibus salus dexter ejus.

8. Hi in cùrribus et hi in equis : nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

9. Ipsi obligáti sunt et cecidérunt : nos autem surréximus et erécti sumus.

10. Dómine salvum fac regem : et exáudi nos in die qua invocárimus te.

Glória Patri.

*Psalmus.* Beáti quorum. (xxxij.) (Brev.: [168].)

*Psalmus.* Júdica Dómine nocéntes me : expúgna. (xxxiv.) (Brev.: [171].)

*Psalmus.* Dómine ne in furóre. [ij.]<sup>279</sup> (xxxvij.) 183.

*Psalmus.* Béatus qui intélligit. (xl.) 257.

*Psalmus.* Júdica me Deus et discérne. (xlj.) 200.

*Psalmus.* Miserére mei Deus secúndum. (l.) 184.

*Psalmus.* Dómine exaudi oratióñem meam. (cj.) 185.

*Psalmus cij. (1-5.)*

**B**Enedic áнима mea Dómino : et ómnia que intra me sunt nómini sancto ejus.

2. Bénedic áнима mea Dómino : et noli oblívisci omnes retributióñes ejus.

3. Qui propiciátur ómnibus iniquitáibus tuis : qui sanat omnes infir-

mitátes tuas.

4. Qui rédimit de intéritu vitam tuam : quia corónat te in misericórdia et miseratióñibus.

5. Qui replet in bonis desidérium tuum : renovábitur ut áquile juvéntus tua. *non dicitur ulterius.*

*Psalmus.* De profúndis. (cxxix.) 186.

*Psalmus.* Dómine non est exaltátum. (cxxxi.) (Brev.: [341].)

*Psalmus.* Dómine exáudi. *ij.* (cxlij.) (Brev.: [284].)

[52r.]

*His dictis sequatur.*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[*V.*] Et ne nos [indúcas in tentatióne].

[*R.*] Sed líbera [nos a malo].

[*V.*] Salvum fac servum tuum *vel* ancíllam tuam.

[*R.*] Deus meus sperántem in te.

[*V.*] Nichil proficiat inimícus in eo.

[*R.*] Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

[*V.*] Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

[*R.*] A fácie inimíci.

[*V.*] Mitte ei Dómine auxílium de sancto.

[*R.*] Et de Syon tuére eum.

[*V.*] Dómine exáudi oratióne meam.

[*R.*] Et clamor meus ad te véniat.

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

[*V.*] Orémus.

[*Oratio.*]

**P**Arce Dómine parce fámulo  
tuo<sup>280</sup> *N.* quem redemísti Chris-

te sanguine tuo et ne in etérnum  
irascáris ei. Qui vivis. &c.

*Alia oratio cum Orémus.*

*Oratio.*

**D**eus infinítē misericórdie et  
bonitatis imménse, propiciáre<sup>281</sup>  
iniquitatibus ejus et ómnibus ánime  
ejus medére languóribus : ut pecca-

tórum tuórum suórum remissióne  
percépta semper in tua benedictióne  
letétur. Per Christum.

Orémus.

*Oratio.*

**D**Mnípotens sempitérne Deus miseré fámuli tui N. et dírige eum secúndum cleméntiam tuam in viam salútis etérne : ut te donánte tibi plácita cúpiat et tota virtúte proficiat :

et actíones<sup>282</sup> nostras quésimus Dómine aspirándo prevéni et adjuvándo proséquere : ut cuncta nostra operátio a te semper incípiat et per te semper finiátur. Per Dóminum.

*Hic itaque peractis induet se casula episcopus vel sacerdos et statim missa de quocunque voluerit incipiatur. Ita quod hec sequens oratio dicatur pro includendo et dicatur sub uno Per Dóminum. et sub uno Orémus.*

*Oratio.*

**D**EUS qui justíficas ímpium et non vis mortem peccatóris majestátem tuam suppliciter depre-cámur, ut fámulum tuum N. de tua pietáte confidéntem celésti prótegas

benígnus auxílio : et assídua protec-tiónē consérves, ut tibi júgiter famu-létur et nullis tentatiónibus a te separétur. Per Dóminum.

*Post evangelium, offerat includendus cereum suum, qui super altare ad missam semper ardeat. Deinde<sup>283</sup> stet includendus ante gradum altaris et legat aperta voce professionem suam. Si vero laicus fuerit : legat aliquis puer pro eo. Professio vero talis erit.*

**F**Go frater vel soror N. ófferens trado meípsum divíne pietáti in órdine anachorítano servitúrum et secúndum régulam órdinis illius in servitío Dei : ámodo per grátiam

divínam et consílium ecclésie pro-mítto me permansúrum : et pátribus meis spirituálibus obediéntiam canó-nicam exhibitúrum.

*Et faciat includendus signum crucis cum penna super cedulam professionis sue : et ponens eam super altare flexis genibus oret, episcopo vel sacerdote ante incipiente hoc modo.*

1506:52r; AS:278; Ant-1519:258v; Brev-1531:151v.<sup>284</sup>

Ant.

VIII.ii.



2847.

Onfírma hoc De- us \* quod ope-rá-tus es in no-bis,

Servitium includendorum.

a templo sancto tu- o quod est in Hie-rú-sa-lem al-le-lú-ya [52v.]  
al-le-lú-ya. Ps. Exúrgat. (lxvij.) (Brev.:[236].)

[Postea]<sup>285</sup> *Episcopus vel sacerdos dicat. Orémus.*

*Oratio.*

**D**eus qui fámulum tuum a séculi vanitáte conversum ad supérne vocatiónis amórem accéndis : péctori illíus purificándo illábere et grátiam qua in te perséveret infúnde : ut pro-

tectiónis tue munitus presídio que te donánte promísit ímpleat : et sue professiónis exécutor efféctus : ad ea que perseverántibus in te dignátus es promíttere pertíngat. Per Christum.

*Post hec episcopus vel sacerdos benedicat cum hac oratione habitum professo congruum.*

**S**ignum Dómini nostri Jesu Christi damus super hanc vestem ad custodiéndum propósitum : et ut Spíritus Sanctus regnet in corde

et in córpore et in ómnibus opéribus suscipiéntis. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Postea aspergat et suscipientem et habitum aqua benedicta et cum dederit habitum induendo dicat.*

**I**xuat te Deus véterem hóminem cum áctibus suis : et índuat te Deus novum hóminem qui secúndum

Deum créatus est in justícia et sanctitáte veritatis. *Et respondent omnes, Amen.*

*Indutus cum habitu includendus statim prosternat se ante gradum altaris : et sic oratione prostratus permaneat donec ab episcopo vel sacerdote ad communionem vocetur. His itaque peractis : episcopus vel sacerdos super prostratum cantando incipiat hunc hymnum.*

1506:52v; HS:57v; Ant-1519:260v; Brev-1531:152v.<sup>286</sup>

8407. Hymn.  
VIII.



E-ni Cre- á-tor Spí-ri- tus, \* Mentes tu- ó-rum ví-si-

[b]

ta : Imple su-pérna grá-ti- a, Que tu cre- ás-ti pécto-ra.

2. Qui Pa-rá-cly-tus dí-ce- ris, Donum De- i al-tíssi-mi :

[b]

Fons vi-vus ig-nis cá-ri-tas, Et spi- ri-tá- lis úncti- o.

3. Tu septi- fórmis mú-ne-re, Dextre De- i tu dí-gi- tus :

[b]


Tu ri-te pro-míssum Pa-tris, Sermó- ne di- tans gúttu-ra.

4. Accénde lumen sénsi-bus, Infúnde amó-rem córdi-bus :

[b]

Infírma nostri córpo-ris, Virtú- te fir-mans pérpe-tim.


Servitium includendorum.



5. Hostem re-pél-las lóngi- us, Pa-cémque dones pró-ti-




nus : Ductó-re sic te pré-vi- o, Vi-té-mus omne nó-xi- um.




6. Per te sci- ámus da Pa-trem, Noscámus atque Fí-li- um :



Te utri- úsque Spí-ri-tum, Cre-dá-mus omni témpo-re.



7. Sit laus Pa-tri cum Fí-li- o, Sancto simul Pa-ráclito : No-



bísque mit-tat Fí-li- us, Ca-rís-ma Sancti Spí-ri-tus. A-men.

[53r.]

*V.* Emítte Spíritum tuum et creabúntur.

8052.

[*R.*] Et renovábis fáciem terre.

[*X.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

[*X.*] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus qui non vis mortem peccatóris sed peniténtiam et emundatiónen semper desíderas,

misericórdie tua cleméntiam sup- plíciter implorámus : ut huic fámulo tuo seculáribus actis renunciátis large

tue pietatis gratiam infundere digneris :  
quatinus castis tuis insertus ita tibi  
militando : stadium vite presentis

percurre valeat : ut bradium eterne  
remuneracionis te donante percipiat.  
Per Christum.

¶ Post hec episcopus vel sacerdos pergens ad altare missam finiat pro includendo.

*Secreta.*

**L**ujus quesumus Domine virtute  
mysterii : et a proprius nos  
munda delictis : et famulum tuum N.

ab omnibus absolve peccatis. Per  
Dominum nostrum Iesum Christum.

¶ Postcommunio.

**P**urificant nos Domine sacra-  
menta que sumpsimus : et fam-  
ulum tuum N. ab omni culpa libe-

rum esse concorde : ut qui conscientie  
reatu constringitur : celestis remedii  
plenitude gloriatur. Per Dominum.

¶ Postquam ipse episcopus vel sacerdos communicatus fuerit : novum includendum  
communicet. Missa finita tradatur cereus prefatus includendo et ordinata processione :  
episcopus vel sacerdos casulatus incedat : et includendum portantem cereum suum per  
manum accipiat et honeste secum ab habitaculum suum deducat. Clerici interim  
letaniam solenniter precedentes cantent. Cum autem ad habitaculum perventum fuerit  
finita letania : episcopus vel sacerdos includendum extra habitaculum dimittat et solus in  
habitaculum inducat incipiendo cum aqua benedicta antiphonam Asperges me. 5. vel  
Vidi aquam. 6. prout tempus exegerit, postea sanctificet et benedicat habitaculum per  
orationes sequentes.

Hec oratio dicatur super altare cum Oramus.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater et clemens  
cujus nec inicium nec finis  
advertitur : qui tantus es quantus esse  
voluisti scilicet sanctus atque  
mirabilis. Deus cuius majestatem ele-  
menta non capiunt : te benedicimus,  
te supplices deprecamur : ut sit hoc  
altare sicut illud quod Abel salu-  
taribus mysteriis in passione precursor

jugulatus a fratre novo sanguine  
imbuit et sacravit. Sit tibi Domine  
altare hoc sicut illud quod Abraham  
pater noster qui te videre meruit  
fabricavit : in quo summus sacerdos  
Melchisedech sacrificii normam  
triumphalis expressit. Sit tibi altare  
hoc sicut illud quod Mosis septem  
diuum purificatione mundavit et

celesti tértio allóquio sanctum vocávit.  
Sicut locútus es ad eum dicens, Si  
[53v.] quis tetígerit altáre hoc, sanctificátus  
habeátur. In hoc ergo altári juguléatur  
luxúria : omnísque libido feriátur.

**C** *Benedictio super domum.*

**A**désto Dómine supplicatióibus  
nostris et hanc domum serénis  
óculis tue pietatis illústra : descéndat  
super habitantes in ea grátia tue  
pietatis larga benedictio : ut in his

Offerátur pro turtúribus sacrificium  
castitatis : pro pullis colambárum in-  
nocéntie sacrificium. Per Dóminum  
nostrum. [*&c.*]<sup>287</sup>

**C** *Alia oratio cum Orémus.*

*Oratio.*

**C**xaudi Dómine sancte Pater  
Omniptens etérne Deus : ut si  
qua sint advérsa, si qua contrária in  
hac domo fámuli tui N. auctoritéte

manufáctis habitáculis cum sobrietáte  
manéntes : ipsi tuum semper sint  
habitáculum. Per Christum Dómi-  
num nostrum. Amen.<sup>288</sup>

*Alia oratio cum Orémus. tantum.*

*Oratio.*

**B**ene ✕ dic Dómine domum is-  
tam et locum istum : ut sit in ea  
sánitas : sánctitas : cástitas : virtus :  
victória : sanctimónia<sup>290</sup> : humilitas :  
lénitas : mansuetúdo : plenitúdo legis  
et obediéntia Deo Patri et Fílio et  
Spirítui Sancto : et sit super locum  
istum et super onmes habitantes in eo

majestatis tue pellántur. Per Domi-  
num [nostrum] Jesum Christum  
Fílium tuum : qui tecum vivit et  
regnat in unitáte].<sup>289</sup>

tua larga bene ✕ díctio ut in his  
manufáctis habitáculis cum sobrietáte  
manéntes ipsi tuum sint semper  
habitáculum. Per Dóminum nostrum  
Jesum Christum Fílium tuum qui  
tecum vivit et regnat in unitáte  
Spíritus Sancti Deus.

*His predictis exeat episcopus vel sacerdos et introducat includendum portantem cereum  
suum et incipiendo hoc responsoriū.*

Servitium includendorum.


1506:53v; AS:666; Ant-1519-C:44r; Brev-1531-P:81v.

7524. Resp.  
V.




Egnum mun- di


*Chorus prosequatur.*



\* et omnem orná-tum sé- cu- li contémpsi propter




amó-rem Dó-mi-ni me- i Je-su Chris-ti. †Quem vi-




di, quem amá- vi, quem cré-di-di, quem di-léx- i.

7524a.



X. E-ructá- vit cor me- um verbum bo- num : di-co



[54r.] e- go ó- pe-ra me- a re- gi. †Quem vi- di.

*Quo cantato cum X. episcopus vel sacerdos dicat Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

R Ogámus te Dómine sancte Pa-  
ter omnípotens etérne Deus :  
ut super hunc fámulum tuum Spí-  
ritum benedictiónis tue infúndere

dignéris : ut celésti múnere ditátus et  
tue majestatis dona possit acquírere :  
et bene vivéndi áliis exémpla prébere.

R. Amen.

**C** Item alia benedictio super eum.

**D**ominus Jesus Christus apud te sit ut te défendat. Amen. Intra te sit ut te reficiat. Amen. Circa te sit ut te consérvet. Amen. Ante te

sit ut te dedúcat. Amen. Super te sit ut te benedícat. Amen. Qui cum Deo [Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat]<sup>291</sup> in unitáte. [*etc.*]<sup>292</sup>


**C** Alia benedictio.

**B**ene ✠ dícát te Deus Pater. Amen. Consérvet te Dei Fílius. Amen. Corpus tuum custódiat. Amen. Animam tuam salvet. Amen. Corpus tuum irrádiet. Amen. Sen-

sum tuum dírigat. Amen. Et ad supérnam vitam te perdúcat. Amen. Qui in Trinitáte perfécta vivit et regnat Deus per ómnia sécula seculórum. Amen.

**C** Post hec episcopus vel sacerdos de domo exeat, inclusus solus remaneat per totum summum et continuum observans silentium : et sic de foris firmiter claudatur : et interim voce sonara incipiat episcopus vel sacerdos antiphonam hoc modo.

1506:54r; AS:48, 77; Ant-1519:53v, 92r; Brev-1531:28v.<sup>293</sup>

Ant.  
VIII.i.  5084.

**S**uscé-pimus De-us \* mi-se-ri-córdi- am tu- am : in  
mé-di- o templi tu- i. *Ps. Magnus Dóminus. (xlviij.) Brev.: [213].*

*Psalmus. Laudate Dóminum omes gentes. (cxvj.) (Brev.: [327].)*

*Psalmus. Lauda Hierúsalem. (cxlviij.) (Brev.: [363].)*

*Psalmus. Laudate Dóminum in sanctis ejus. (cl.) (Brev.: [54].) cum Glória Patri.*

*Repetatur antiphona. Suscépimus Deus.*

*Finita antiphona faciat episcopus vel sacerdos omnes pro eo orare quatinus omnipotens Deus pro cuius amore ille mundum reliquit, et in illo strictissimo carcere includi sese fecit : ita ipsum in servitio suo conservet et confirmet ut post mortem cum eo in eternum vivere valeat.*

Pater noster. [*privatum.*]

[V.] Et ne nos [indúcas in tentaciónem.

R.] Sed líbera [nos a malo.

V.] Osténde Dómine nobis misericórdiam [tuam].<sup>294</sup>

R.] Et salutáre tuum da nobis.

[V.] Fiat pax in virtúte tua.

[R.] Et abundántia in túrribus tuis.

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

V.] Orémus.

*Oratio.*

**P**rótege Dómine quésumus fá-  
mulum tuum et intercedénte  
gloriósa vírgine María cum ómnibus  
Sanctis tuis grátie tue in eo dona  
multíplica : ut ab ómnibus liber of-

fénxis, et temporálibus non destitu-  
átur auxíliis, et sempítérnis gáudeat [54v.]  
institútis. Per Christum Dóminum  
nostrum.

Orémus.

*Oratio.*

**D**eus cui omne cor patet : et  
omnis volúntas lóquitur : et  
quem nullum latet secrétum : purífica  
per infusiónen Sancti Spíritus cogi-

tatiónes cordis nostri : ut te perfécte  
diligere et digne laudáre mereámur.  
Per Christum Dóminum nostrum.

Orémus.

[*Oratio.*]

**M**ínipotens sempítérne Deus  
dírige actus nostros in bene-  
plácito tuo : ut in nómine dilécti Fílii  
tui mereámur bonis opéribus abun-

dáre. Qui tecum vivit et regnat cum  
Deo Patre in unitáte Spiritus Sancti  
Deus. Per [ómnia sécula].<sup>295</sup>

**C** Deinde recedant omnes pergentes in ecclesiam, choro canente aliquod R. cum suo  
versu de sancto in cùjus nomine et honore fundata est ecclesia : et finiatur ad gradum  
chori, dicente sacerdote V. et oratio de eodem, et si fuerit ecclesia de sancta María, tunc  
dicatur hoc responsum.

Servitium includendorum.

1506:54v; AS:498, 572; Ant-1519:100v; Ant-1520-S:94v; Brev-1531-S:117v.<sup>296</sup>

Resp.

I.

6725.



E-lix namque es \* sacra virgo Ma- rí- a,

et omni lau-de dignís- si-ma. †Qui- a ex

te ortus est sol justí- ci- e Christus De- us

nos- ter.

*Tempore paschali.*

Al-le- lú- ya.

6725a.

℣. O-ra pro pópu-lo intérve-ni pro cle- ro, intercé-

de pro de-vó-to femí-ne-o sex- u : sénti- ant omnes tu- um

Servitium includendorum.

---



[55r.] le-vámen, qui-cúnde cé-lebrant tu- am commemo- ra- ti-  
ó- nem. †Qui- a ex te.

*Versus.* Sancta Dei genitrix, virgo semper Maria.

[*R.* Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.]

*Oratio.*

**C**oncéde quésumus misericors  
Deus fragilitati nostre presídium :  
ut qui sancte Dei genetrícis et vírginis  
Marie commemorationem ágimus, in- | tercessiónis ejus auxílio a nostris  
iniquitatibus resurgámus. Per eúndem  
Christum Dóminum nostrum.

**¶** *Benedictio agni paschalis ovorum  
et herbarum in die pasche.*

[V.] Dominus vobiscum.

[R.] Et cum spiritu tuo.

[V.] Oremus.

*Oratio.*

**D**eus, celi terréque dominátor  
qui das escam omni carni et  
reples omne ánimál benedictóne ✕  
bénedic ✕ et sanctífi ✕ ca hanc crea-

túram agni paschális, et nobis dona  
tua suméntibus ánime et córporis  
sanitátem concéde. Per Christum  
Dóminum [nostrum].<sup>297</sup>

*Oratio.]*

**D**eus, qui universe carnis es  
conditor : qui Noe et filiis suis  
de mundis et immúndis animálibus  
precépta dedísti : quiue sicut ólera  
herbárum humáno géneri et  
quadrupédia munda édere permisísti,  
et qui agnum in Egýpto Móysi et  
pópulo tuo in vigília pasche comédere  
precepísti in figúra agni Dómini  
nostri Jesu Christi : cuius sanguine  
ómnia primogénita tibi de mundo  
redemísti, et nocte illa omne primo-

génitum in Egýpto percútere prece-  
písti : servans pópulum tuum agni  
sanguine prenotátum : dignáre Dómi-  
ne Deus omnípotens benédicere ✕  
et<sup>298</sup> sanctificare ✕ hunc agnum pas-  
chálem : ut quicúnque ex pópulo tuo  
fidéli ex illis coméderint : omni  
benedictióne celésti et grátia tua  
saturáti repleántur in bonitáte. Per  
quem hec ómnia Dómine cóndita  
sunt et ab início créata : Salvátor  
mundi. Qui vivis et regnas.

[*Prefationes.*]

**C** Hec prefatio dicatur in die sancte Trinitatis et in omnibus dominicis diebus usque ad adventum Domini quando de dominica dicatur missa : licet in capitulo dicatur : et in commemoratione sancte Trinitatis per annum : et in missis sponsalium.

1506:55r; Missal-1513:138v.<sup>299</sup>



- térne De-us. Qui cum u-ni-gé-ni-to Fí-li- o tu-

o et Spí-ri-tu Sancto u-nus es De-us, u-nus es Dómi-nus.

[55r.] Non in ú-ni- us singu-la-ri-tá-te persóne : sed in ú-ni- us

Tri-ni-tá-te substánti- e. Quod e-nim de tu-a gló-ri- a


re-ve-lán-te te cré-dimus, hoc de Fí-li- o tu-o : hoc de

Spí-ri-tu Sancto si-ne diffe-rénti- a discre-ti- ó-nis sen-

tímus. Ut in confessi- óne ve-re sempiternéque de- i-

tá-tis : et in persó-nis própri- e-tas, et in essénti- a U-

Prefationes.



ni-tas : et in ma-jestá-te a-do-ré-tur equá-li-tas. Quam  
 laudant ánge-li atque archángel-i : ché-ru-bin quoque ac  
 sé-raphin : qui non cessant clamá-re u-na vo-ce di-cén-tes.

**C** Hec prefacio dicitur in utroque festo sancte crucis : et in omnibus commemorationibus ejusdem.

**C** Terne Deus. Qui salúte humáni  
génoris in ligno crucis consituísti :  
ut unde mors oriebátur, inde vita

reúrgeret. Et qui in ligno vincébat :  
in ligno quoque vincerétur. Per  
Christum Dóminum nostrum.

**C** Hec prefatio dicitur in omnibus festis beate Marie nisi in purificatione. Dicatur etiam per octavas assumptionis et nativitatis beate Marie : et in commemorationibus ejusdem : nisi a nativitatis Domini usque ad purificationem.

**C** Terne Deus. Et te in venera-  
tione beáte et glorióse sempiternéque vírginis Maríe exultántibus  
aimis laudáre : benedícere : et predi-  
cáre. Que et unigénitum tuum Sancti

Spíritus obumbratióne concépit : et  
virginitatis glória permanénte huic  
mundo lumen eténum effúdit : Jesu  
Christum Dóminum nostrum. Per  
quem majestátem tuam.

**C** Hoc modo inciantur omnes prefationes ad missam per totum annum : tam in feriis quam in festis.


1506:56r; US-I:269; Missal-1513:140v.<sup>300</sup>





Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R.* Amen.

[56r.]

Prefationes.



*XV. Dómi-nus vo-bís-cum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o.*



*XV. Sur-sum corda. R. Ha-bémus ad Dómi-num. XV. Grá-ti-*




*a-gámus Dómi-no De-o nostro. R. Dig-num et justum est.*


1506:56r; US-I:269; Missal-1513:140v.<sup>301</sup>



*E-re dignum et justum est equum et sa-lu-tá-re.*




*Nos ti-bi semper et u-bíque grá-ti- as á-ge-re : Dómi-ne*




*Sancte Pa-ter omní-po-tens e-térne De-us. † Per Christum*



*Dó-mi-num nostrum. Per quem ma-jestá-tem tu-am laudant*



*ánge-li : a-dó-rant domi-na-ti- ónes : tremunt po-testá-tes.*



*Ce-li ce-lo-rúmque virtú-tes ac be- á-ta sé-raphin só-ci- a*

Prefationes.

ex-ul-ta-ti- ó-ne concé-lebrant. Cum qui-bus et nostraras  
 vo-ces ut admít-ti jú-be-as depre-cámur súppli-ci confessi-  
 ó-ne di-cén-tes.

Sanctus. Sanctus. Sanctus, Dóminus Deus sábaoth. Pleni sunt celi et terra [56v.] glória tua : osánna in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómine : osánna in excélsis. (Missal:44\*.)

*Et cum dicat sacerdos Sanctus. exigat parumper brachia sua : et jungat manus suas usque ad hoc verbum. In nómine Dómini. tunc signet se in facie sua : et sic fiat in omnibus prefationibus totius anni.*

*Deinde statim junctis manibus et oculis elevatis incipiat. Te ígitur clementíssiem. Et c. corpore incilnato donec dicat Ac pétimus. Tunc erigens se osculetur altare a dextro sacrificii.*

¶ *Hec prefatio dicitur in omnibus missis de Sancto Spiritu.*

¶ Térne Deus. Per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes celos : sedénsque ad déxteram tuam : promíssum Spíritum Sanctum in filios adoptiónis effúdit.

Quaprópter profúsis gáudiis totus in orbe terrárum mundus exúltat : sed et supérne virtútes atque angélice potestátes : hymnum glórie tue cóncinunt sine fine dicentes.

[¶ *Sequitur Canon.*]<sup>302</sup>



[Manuale-Valentin, 1554:78r.]



E igitur clementissime Pater per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum supplices rogamus ac petitimus. *Hic erigens se osculetur altare a dextris sacrificii dicens uti accepta habeas et benedicas hec dominica hec munera hec sancta<sup>303</sup> sacrificia illibata. factisque signaculis super calicem : elevet manus suas ita dicens* In primis que tibi offerimus pro ecclesia tua sancta catholica : quam pacificare : custodire : adunare : et regere digneris toto orbe terrarum : una cum famulo tuo papa nostro N.<sup>304</sup> et antistite nostro N. id est proprio episcopo, et rege nostro N.<sup>305</sup> et dicantur nominatim, et omnibus orthodoxis atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

**C** Hic roget cogitando pro vivis.

**A** Emento Domine famulorum famularumque tuarum N. et N. In qua oratione [57r.] ordo debet attendi propter ordinem caritatis. Quinques orat sacerdos, primo pro seipso : secundo pro patre et matre carnali videlicet et spirituali et pro aliis parentibus : tertio pro amicis specialibus parochianis et aliis : quarto pro omnibus astantibus : quinto pro omni populo Christiano : et potest hic sacerdos omnes suos amicos Deo commendare. Consolo tamen ut nullus ibidem nimis immoretur tum propter cordis distractionem tum propter immissiones que possunt fieri per angelos malos tum propter alia pericula.<sup>306</sup>

**C** ET omnium circumstantium atque omnium fidelium Christianorum quorum tibi fides cognita est et nota devotio : pro quibus tibi offerimus vel qui tibi offerunt hoc

sacrificium laudis : pro se suisque omnibus : pro redemptione animarum suarum : pro spe salutis et incolumentatis sue : tibi reddunt vota sua eterno Deo vivo et vero.

**C** Ommunicantes et memoriam venerantes in primis gloriose semperque virginis *inclinando paramper dicat*, Marie genitricis Dei et Domini nostri Iesu Christi. Sed et beatorum apostolorum ac martyrum tuorum, Petri Pauli Andreae Jacobi Johannis Thome Jacobi Philippi Bartholomei Mathaei Simonis et

Thadaei Lini Cleti Clemantis Sixti Corneliae Cypriani. Laurentii Grisogoni Johannis et Pauli Cosme et Damianni. Et omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibusque concedas : ut in omnibus protectionis tue muniatur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

**C** Hic respiciat sacerdos hostiam cum magna veneratione ita dicens,

**L**Anc ígitur oblatónem servitús  
nostre : sed et cuncte famílie tue  
quésumus Dómine ut placátus accí-  
pias : diésque nostros in tua pace

dispónas : atque ab etérna damnatióne  
nos éripi : et in electórum tuórum  
júbeas grege numerári. Per Christum  
Dóminum nostrum. Amen.

**C** Hic iterum respiciat hostiam dicens.

**Q**Uam oblatónem tu Deus in ómnibus quésumus. *Hic faciat tres cruces super calicem cum dicat ✕ benedictam ✕ ascríptam ✕ ratam rationábilem accep-  
tabilémque fáceré dignérís : ut nobis Hic faciat crucem super panem dicens, corpus ✕  
hic super calicem : et sanguis ✕ junctisque manibus dicat : fiat dilectíssimi Fílli tui  
Dómini nostri Jesu Christi.*

**Q**Ui prídie quam paterétur. *Hic erigat sacerdos manus et conjungat et postea tergat  
digitos et elevet hostiam parumper : ita quod non videatur a populo : et si debet  
[57v.] tenere quoisque dixerit verba consecrationis quia si ante consecrationem elevetur : et  
populo ostendatur sacerdotes sicut fatui faciunt populum idolatrare adorando panem  
purum tanquam Corpus Christi : et in hoc peccant. Et sacerdos debet precipue in hoc  
loco congregare seipsum ad se, scilicet cor diligenter ad attendendum verba<sup>307</sup> et os ad  
discincte proferendum, ut ab hoc loco videlicet Qui prídie. usque ibi Unde et memóres.  
nulle alie rei attendat : nullaque dictio nullaque syllaba evadat : nichil de forma ver-  
borum vel signorum omittat vel diminuat. Accipiendo panem dicat, accépit panem in  
sanctas ac venerábiles manus suas : et elevatis oculis in celum.*

**C** Hic elevet oculos suos non solum corporales sed etiam spirituales, ad te Deum Patrem  
[suum]<sup>308</sup> omnipoténtem : tibi. *Hic inclinet se et postea elevet paululum dicens, grátias  
agens ✕ benedixit fregit. Hic non debet tangi hostia modo fractionis sicut fatui  
tangunt et male faciunt. Videtur tamen ex ordine verborum quod prius debet frangi  
quam consecrari cum dicat, benedixit, fregit per hec verba videtur quod prius est fractio  
quam consecratio : sed ecclesia prius consecrat quam frangit : scilicet aliter facit ecclesia  
quam Christus fecit : et sic ecclesia videtur errare, et per consequens delinquit. Solutio  
dicendum est quod ecclesia non delinquit : quia Christus post consecrationem et  
benedictionem fregit, licet ordo verborum aliter sonat. Et dicat sacerdos inclinando,<sup>309</sup>  
deditque discípulis suis dicens, Accípite et manducáte ex hoc omnes.*

**H**oc est enim corpus meum. *Et debent ista verba proferri cum uno spiritu et sub una  
prolatione nulla pausatione interposita. Post hec verba inclinet se sacerdos ad hostiam et  
capite inclinato illam adoret et postea elevet eam mature supra frontem ut a populo possit*

*videri : et caveat ne nimis diu teneat illud eam nec aliquo modo Corpus Christi osculetur : nec super oculos ponat sicut solent quidam stulti facere : nec aliquam partem corporis ullo modo tangere debet nisi tantum digitis ad hoc specialiter consecratis. Tunc illud<sup>310</sup> reponat ante calicem in modum crucis per idem<sup>311</sup> fiende : reposito Corpore Christi in loco suo : discooperiat calicem et eum teneat inter manus suas non disjungendo pollicem ab indice nisi dum facit benedictionem tantum : et tunc incipiat calicem consecrationem dicens,*

**S**imili modo póstea quam cénatum est : accípiens et hunc preclárum cálicem in sanctas ac venerábiles manus suas : item tibi.

*Hic inclinet se dicens, grátias agens ✕ benedíxit, dedítque discípulis suis dicens, Accípite et bíbite ex eo omnes.*

*Hic elevet sacerdos parumper calicem ita dicens,  
Hic est enim calix sanguinis mei, novi et etétri testaménti, mystérium fidei : qui pro vobis et pro multis effundétur in remissiónem peccatórum.*

[58r.]

**C** Hic elevet calicem usque ad pectus vel ultra caput dicens,  
**H**Ec quotienscúmque feceritis in mei memóriam faciéts.  
**C** Hic reponat calicem et fricet digitos suos ultra calicem propter micas et cooperiat calicem : deinde elevet brachia in modum crucis junctisque digitis usque ad hec verba de tuis donis ac datis. ita dicens,

**A**nde et memóres Dómine nos servi tui<sup>312</sup> : sed et plebs tua sancta ejúsdem Christi Fílli tui Dómini Dei nostri tam beáte passiónis : necnon et ab íferis resurrectiōnis : sed et in celos glorióse ascensiōnis : offérimus precláre majestáti tue de

tuis donis ac datis. *Hic faciat tres cruces supra calicem cum dicat, Hóstiam ✕ puram : hóstiam ✕ sanctam : hóstiam ✕ immaculátam. Hic super hostiam dicens, Panem sanctum ✕ vite etérne. hic super calicem, Et cálicem salutis perpetue.*

*Sequatur.*

**S**Upra que propício ac seréno vultu respícere dignérис : et accepta habére sicúti accépta habére dignátus es múnera púeri tui justi

Abel : et sacrificium patriárche nostri Abrahe : et quod tibi óbtulit summus sacérdos tuus Melchísedech sanctum sacrificium immaculátam hóstiam.

**C** *Hic sacerdos corpore inclinato et cancellatis manibus dicat,*

**S** Upplices te rogámus omnípotens Deus : jube hec perférri<sup>313</sup> per manus sancti ángeli tui in sublímē

altáre tuum in conspéctu divíne majestátis tue.

**C** *Hic erigat se et deosculateur altare a dextris sacrificii dicens, Ut quotquot ex hac altáris participatióne sacrosánctum Fílii tui. Hic faciat signum crucis super Corpus Christi dicens cor†pus, hic aliam crucem super calicem dicens, et sán†guinem<sup>314</sup> sumpsérimus.*

**C** *Hic faciat tertiam crucem in facie sua dicens, Omni bene†dictióne celésti et grátia repleámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.*

*Sequatur*

**A** Eménto etiam Dómine animárum famulórum famularúmque tuárum *N.* et *N.* *Hic oret sacerdos cogitando pro defunctis.* Qui nos precessérunt cum signo fidei : et dórmiant in somno pacis. Ipsi Dó-

*Hic percutiat pectus suum semel dicendo,*

**P** Obis quoque peccatóribus famulis tuis de multitúdine miseratiónum tuárum sperántibus : partem aliquam et societátem donáre dignéris cum tuis sanctis apóstolis et martyribus, cum Johánnе Stepháno Mathía Bárnaba Ignátio Alexándro Marcellíno Petro Felicitáte Perpétua

mine et ómnibus in Christ quiescéntibus locum refrigérii lucis et pacis ut indúlgeas deprecámur. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Agatha Lúcia Agnéte Cecília Anas-tásia. Et cum ómnibus sanctis tuis : intra quorum nos consórtium non estimátor mériti : sed vénie quésumus largítor admítte. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.<sup>315</sup> Per quem hec ómnia Dómine semper bona creas.

**C** *Hic sacerdos ter signet calicem dicens : sanctí†ficas viví†ficas bene†dícis et prestas nobis.*

**C** *Hic sacerdos discooperiat calicem et faciat signum crucis cum hostia quinques. Primo ultra calicem ex utraque parte : secundo calici equale : tertio infra calicem : quarto sicut primo : quinto ante calicem. Interim vero diaconus a dextris sacerdotis assistat manibus prius lotis : eique in corporalibus sustinendis subministret et in recessu deosculateur altare et humerum sacerdotis dextrum sacerdote sic dicente, Per ip†sum : et cum ip†so : et*

Canon.

in ip+so est tibi Deo Pa+tri omnipoténti in unitáte + Spíritus Sancti<sup>316</sup> omnis honor et glória.

**C** *Hic cooperiat sacerdos calicem et teneat manus suas super altare usque dum dicitur Pater noster. hoc modo.*

1506:58v; US-I:270; Missal-1513:145v.<sup>317</sup>



Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R:* Amen.

*V.* O-rémus. Pre-céptis sa-lu-tá-ri-bus mó-ni-ti et di-ví-na  
insti-tu-ti- óne formá-ti audémus dí-ce-re.

**C** *Hic accipiat diaconus patenam de manu subdiaconi eamque a dextris sacerdotis extento brachio in alto usque ad Da propícius pacem. discoopertam tenens.*

**C** *Hic elevet sacerdos manus suas dicens.*

1506:58v; US-I:271; Missal-1513:145v.<sup>318</sup>

A-ter noster qui es in ce-lis. Sancti-fi-cé-tur  
nomen tu- um. Advé-ni- at regnum tu- um. Fi- at vo-lúntas  
tu- a si-cut in ce-lo et in terra. Pa-nem nostram quo-ti-di-

Canon.

[59r.] á-num da no-bis hó-di- e. Et dimítte no-bis dé-bi-ta  
nostra : si-cut et nos dimít-timus de-bi-tó-ri-bus nostris.

Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ó-nem.

*Respondeat chorus,*

1506:59r; US-I:271.<sup>319</sup>

Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

*Deinde dicat sacerdos privatim Amen.*

**L**ibera nos quésimus Dómine ab  
lómibus malis pretéritis presén-  
tibus et futúris : et intercedénte pro

nobis<sup>320</sup> beáta et gloriósa sempérque  
vírgine Dei genitríce María.

**C** Hic inclinet parumper et dicat : et beátis apóstolis tuis Petro et Paulo atque  
Andréa cum ómnibus sanctis.

**C** Hic committat dyaconus patenam sacerdos deosculans manum ejus et sacerdos deosculetur  
patenam : postea ponat ad sinistrum oculum deinde ad dextrum : postea faciat crucem  
cum patena ultra caput : et tunc reponat eam in locum suum ita dicens,

**D**A propícius pacem in diébus  
nostris ut ope misericórdie tue

adjúti : et a peccáto simus semper  
líberi et ab omni perturbatióne secúri.

**C** Hic discooperiat calicem et sumat cum inclinazione corpus transponens in concavitate  
calicis retinendo inter pollices et indices et frangat in tres partes, [prima fractio]<sup>321</sup> dum  
dicitur Per eúdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. secunda fractio  
cum dicit, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

**C** Hic teneat duas fracturas in sinistra manu et tertiam fracturam in dextera manu in  
summitate calicis sic<sup>322</sup> dicens.


Canon.

1506:59r; US-I:270; Missal-1513:146v.<sup>323</sup>



Er ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum.


*Chorus respondeat,*



Amen.


**C** Deinde si episcopus celebraverit : dyaconus ad populum conversus baculum episcopi dextera tenens : curvatura baculi ad se conversa dicat hoc modo.

1506:59r; US-I:271.<sup>324</sup>



Humi-li- á-te vos ad be-ne-dic-ti- ónem.


*Chorus respondeat*



De-o grá-ci- as.


**C** Postea eucharistia super patenam reposita episcopus super populum faciat bene- [59v.] dictionem. Post benedictionem sequatur.

1506:59v; Aresnal:161r; US-I:272; Missal-1513:146v.<sup>325</sup>



Pax Domi-ni ✕ sit sem ✕ per vo ✕ bíscum.

*Chorus respondeat*



Et cum spí-ri-tu tu- o.

*Ad dicendum Agnus Dei. accedant dyaconus et subdyaconus ad sacerdotem uterque a dextris : diaconus proprietor : subdyaconus remotior : et dicant simul privatim.*

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi : miserére nobis. Agnus Dei qui tollis. *ut supra.*

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi dona nobis pacem. (Missal; 51\*.)

**C** In missis pro defunctis dicitur hoc modo.

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi dona eis réquiem. *tribus vicibus cum hac additione sempitérnam.*

*Exequie quas nos facimus pro mortuorum excessibus celebrantur.*

**C** Quare ad missam mortuorum pax non datur, triplex assignatur ratio. Prima est quoniam hoc officium triduanam Christi sepulturam significat : ubi pax non datur propter osculum Jude. Secunda quia non communicamus mortuis, quia nobis non responedent : unde est quo corpus nunquam debet esse in ecclesia quamdiu missa de die celebratur. Tertia est, quoniam sicut ex multis granis collectis unus panis efficitur, et ex multis racemis vinum eliquatur, sic et ex multis fidelibus (quorum quidam boni, quidam mali) una ecclesia constituitur et coadunatur. Quia ergo mortuo homine nescitur utrum sit ipse de conformitate ecclesie, et pacem cum Creatore suo habeat : ideo pacem non damus, nec Benedicámus. nec Deo grátias. nec aliquas laudes referimus pro mortuis : quia non est unde agende sint : non enim appetet eorum requies.

*Hic cruce signando deponat dictam tertiam partem hostie in sacramentum sanguinis sit dicendo.*

**L**Ec sacro  sáncta commíxtio  
córporis et sanguinis Dómini  
nostrí Jesu Christi fiat michi omni-  
búsque suméntibus salus mentis et  
córporis : et ad vitam etérnam pro-

meréndam et capescéndam preparatio  
salutáris. Per eúndem Dóminum  
nostrum Jesum Christum Fílium  
tuum : qui tecum vivit et regnat in  
unitáte Spíritus Sancti Deus.

**C** Antequam pax detur dicitur hanc orationem.<sup>326</sup>

**B** Omne sancte Pater omnípotens  
etérne Deus da michi hoc  
sacrosánctum corpus et sanguinem  
Fílli tui Dómini nostri Jesu Christi ita  
digne súmere : ut mérear per hoc  
remissiónem ómnium peccatórum

meórum accípere : et tuo Sancto  
Spíritu repléri, et pacem tuam habére :  
quia tu es Deus solus et preter te non [60r.]  
est álius : cujus regnum et impérium  
gloriósum pémanet in sécula secu-  
lórum. Amen.

**C** Hic deosculetur sacerdos corporalia in dextera parte, et sumitatem calicis corpore dominico prius tactam, et diaconum dicens, Pax tibi et ecclésie Dei.

*R.* Et cum spíritu tuo.

Dyaconus a dextris sacerdotis ab ipso pacem recipiat et subdyacono ferat : deinde ad gradum chori ipse dyaconus pacem portet rectoribus chori : et ipsi rectores pacem choro portent uterque sue parte incipiens a majoribus. In feriis vero et in festis quando chorus non regitur pax a dyacono choro apportetur per duos extremos de secunda forma, &c. ut prius.

Si episcopus celebraverit primo osculetur dyaconus principalem subdyaconum a quo ceteri subdyconi pacem sumant, deinde duos secundarios rectores si duplex festum fuerit qui primo deferant ad rectores principales : postea ipsis principalibus rectoribus ipsam pacem ex parte decani et cantoris deferentibus secndariis vero ex parte cancellarii et thesaurarii.

Post datam pacem dicat sacerdos orationem sequentem privatim antequam se communicet : tenendo hostiam ambabus manibus dicens

**D** Eus Pater fons et órigo totius bonitatis qui ductus misericordia unigenitum tuum pro nobis ad infima mundi descendere et carnem sumere voluisti : quam ego indignus hic in manibus meis téneo : *Hic inclinet se ad hostiam dicens, te adóro, te glorifico, te tota mentis ac cordis*

intentióne laudo : et precor ut nos famulos tuos non déseras : sed peccáta nostra dimittas : quátenus tibi soli vivo ac vero Deo puro corde et casto corpore servire valeámus. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Alia oratio.*

**D** Omine Jesu Christe Fili Dei vivi : qui ex voluntate Patris cooperánte Spíritu Sancto per mortem tuam mundum vivificasti : libera me queso per hoc sacrosanctum corpus et hunc sanguinem tuum ac cunctis iniquitatibus meis et ab univérsis

malis : et fac me tuis semper obedire mandátis, et a te nunquam in perpetuum separári permítta : Salvátor mundi. Qui cum Deo Patre et eódem Spíritu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.

*Et sequatur.*

**C**orporis et sanguinis tui Dómine  
Jesu Christe sacraméntum quod  
licet indígnus<sup>327</sup> accípio, non sit

michi judício et condemnatióni : sed  
tua prosit pietáte córporis mei et  
ánime salúti amen.

**C** Ad corpus dicat cum humiliatione antequam illud recipiat.

**A**Ve in etérnum sanctíssima caro  
Christi : michi ante ómnia et  
super ómnia summa dulcédo. Corpus

Dómini nostri Jesu Christi sit michi  
peccatóri via et vita. [60v.]

*Caveat sibi sacerdos post istas orationes dictas a nimia prolixitate tractandi propter cogitationes volubiles aliquorum : tamen in premissis orationibus debet sacerdos meditari de incarnatione, nativitate, passione, et piissima morte Domini nostri Jesu Christi : et de hujus sacramenti virtute, et tunc cum magna devotione et omni reverentia et timore debet communicari cruce prius facta, ex ipso corpore scilicet Christi ante os recipientis<sup>328</sup> dicens,*  
In nómine Patris et Fílli et Spíritus Sancti. Amen.

*Deinde ad sanguinem cum magna devotione dicat,*

**A**Ve in etérnum célestis potus :  
michi ante ómnia et super  
ómnia summa dulcédo. Corpus et  
sanguis Dómini nostri Jesu Christi

prosint michi peccatóri ad remédium  
sempitérnum in vitam etérnam.  
Amen.

In nómine Patris et Fílli et Spíritus Sancti amen.

**C** Hic sumat sanguinem : quo sumpto eat sacerdos ad dextrum cornu altaris cum calice  
inter manus : adhuc digitis conjunctis sicut prius : et accedat diaconus et effundat in  
calicem vinum vel aquam : et recinseret sacerdos manus suas : ne aliisque reliquie corporis  
remaneant in digitis vel sanguinis in calice. Cum vero aliquis sacerdos bis debeat  
celebrare in uno die : tunc non debet percipere ablutionem ullam [in prima missa]<sup>329</sup> :  
sed ponere in sacrario : aut in vase mundo usque in finem alterius misse : et tunc sumatur  
utraque ablutio post primam ablutionem.

**C** Deinde sequatur hec oratio.

**R** Uod ore súmpsimus Dómine  
pura mente capiámus : et de

múnere temporáli fiat nobis re-  
média<sup>330</sup> sempitérnum amen.

**C** Hic lavet digitos suos in concavitate calicis cum vino a dyacono effuso : quo hausto  
sequatur ista oratio.

**L**Ec nos Dómine commúnio<sup>331</sup>  
purget a crímine : et celéstis re-

médii fáciat esse partícipes.

*Hic infundat idem dyaconus aquam in calicem<sup>332</sup> : qua hausta eat sacerdos ad medium altaris et involvat calicem super patenam : et postea inclinet se ante altare cum magna devotione dicens hanc orationem.*

**R**átias tibi ago Domine sancte  
Pater omnípotens eterne Deus :  
qui me refecísti de sacratíssimo cór-  
pore et sanguine Fílli tui Dómini  
nostrí Jesu Christi : et<sup>333</sup> precor ut  
hoc sacraméntum salútis nostre quod

sumpsi indígnus peccátor, non véniat  
michi ad judícum neque ad con-  
demnationem pro méritis meis : sed  
ad proféctum córporis mei et ánie  
mee salútem in vitam etérnam, amen.

*Et cum hac oratione eat sacerdos ad dextrum cornu altaris et ibi<sup>334</sup> abluat manus : et  
subdiaconus ei ministret dyaconus vero interim corporalia complicit : et ad dextrum  
cornu altaris subdiaconus librum portet : et accepto a dyacono calice jacente super  
patenam et redeunte sacerdote ad dextrum cornu altaris si quid in eo infusionis [61r.]  
remanserit : idem diaconus ori sacerdotis porrigat sumendum.*

*Post perceptionem sacramenti sacerdote ad manus abluendum veniente diaconus  
corporalia complicit et in loculi reponat : postea vero ipsa corporalia calici cum offertorio  
supponat : ipsumque calicem dum communio dicitur ipsi accolito committat. Qui dum  
Per ómnia sécula seculórum. Amen. post orationem dicitur : eat solennitate qua eum  
apportaverit reportet.*

*Ablutis manibus sacerdos revertat se ad dextrum cornu altaris : ed dicat sum suis  
ministris communionem : deinde facto crucis signaculo in facie vertat se sacerdos ad  
populum : elevatisque aliquantulum brachiis et junctis manibus dicat Dóminus  
vobíscum. et iterum se vertat ad altare dicens, Orémus. et postea dicat post-  
communiones juxta numerum et ordinem antedictarum orationum ante epistolam.  
Finita ultima postcommunione factoque signo crucis in facie vertat se sacerdos ad  
populum et dicat, Dóminus vobíscum. deinde diaconus sua casula reindutus quando  
utitur dicat Benedicámus Dómino. Alio vero tempore dicitur Ite missa est. semper ad  
populum converso sed semper Benedicámus Dómino. et Requiéscant in pace. converso  
ad altare dicantur.*

*His dictis sacerdos corpore inclinato, junctis manibus, tacita voce coram medio altaris  
dicat hanc orationem.*

**P**láceat tibi sancta Trinitas  
obséquium servitútis mee et  
presta : ut hoc sacrificium quod óculis  
tue majestatis indígnus óbtuli : tibi sit  
acceptábile : michíque et ómnibus<sup>335</sup>

pro quibus illud óbtuli : sit te  
miseránte propiciábile. Qui vivis et  
regnas Deus : per omnia ssecula  
seculorum. Amen.

*Qua finita erigat se sacerdos et signet se in facie sua ita dicens In nōmine Patris et Fílii et Spiritus Sancti amen. Et sic inclinatione facta eodem ordine quo prius accesserunt ad altare in principio misse : sic induiti cum ceroferariis et ceteris ministris redeant in fine : et statim post Deo grátias. incipitaur in choro hora nona quando post missam dicitur : sacerdos vero in redeundo dicat evangelium, In princípio erat verbum. 92. Cum vero sacerdos exuerit casulam et alia indumenta sacerdotalia : dicat hos psalmos subscriptos sub uno Glória Patri. cum hac antiphona Trium puerórum. Ps. Benedícite sacerdótes Dómini Dómino. et dicatur usque ad finem. (Brev.: [52].) Ps. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. (Brev.: [54].) Ps. Nunc dimítis. Glória Patri. Sicut erat. (Brev.: [375].) Deinde dicitur antiphona. Trium puerórum cantémus hymnum : quem cantábant in camíno ignis benedicéntes Dóminum.*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster.

Et ne nos [indúcas in tentatióne].

[R.] Sed líbera [nos a malo].

[V.] Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

[61v.] [R.] Laudémus et superexaltémus eum in sécula.

[V.] Benedíctus es Dómine in firmaménto celi.

[R.] Et laudábilis et gloriósus et superexaltátus in sécula.

[V.] Benedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus.<sup>336</sup>

[R.] Amen.

[V.] Non intres in judícium cura servo tuo Dómine.

[R.] Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

[V.] Dómine Deus virtútum convérte nos.

[R.] Et óstende fáciem tuam et salvi érimus.

[V.] Dómine exáudi oratióne meam.

[R.] Et clamor meus ad te véniat.

Orationes post missam.

---

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus qui tribus púeris mitigásti  
flamas ígnium : concéde pro-

pícius : ut nos fámulos tuos non  
exúrat flamma vitiórum.

*Oratio.*

**R**e igne Sancti Spíritus renes  
nóstros et cor nostrum Domine :

ut tibi casto córpore serviámus : et  
mundo corde placeámus.

*Oratio.*

**A**ctiónes nostras quésumus Dó-  
mine aspirándo prevéni : et ad-  
juvándo proséquere : ut cuncta nostra

operátio et a te semper incípiat : et  
per te cepta finiátur.

*Et finiantur has tres orationes sub una determinatione sic,* Per Christum Dominum  
nostrum amen.

## *Ordo ad visitandum infirmum.*

*In primis induat se sacerdos in superpellicio cum stola, et in eundo dicat cum suis ministris septem psalmos penitentiales cum Glória Patri. et cum antiphona, Ne reminiscáris.*

### *Psalmus. (vj.)*

**D**omine ne in furóre tuo árguas me : neque in ira tua corrípias me.

2. Miserére mei Dómine quóniam infírmus sum : sana me Dómine quóniam conturbáta sunt ossa mea.

3. Et ánima mea turbáta est valde : sed tu Dómine úsquequo.

4. Convrétere Dómine et eripe ániam meam : salvum me fac propter misericórdiam tuam.

5. Quóniam non est in morte qui memor sit tui : in inférno autem quis confitébitur tibi.

6. Laborávi in gémitu meo : lavábo per síngulas noctes lectum meum láchrymis meis stratum meum rigábo.

7. Turbátus est a furóre óculus meus : inveterávi inter omnes inimícos meos.

8. Discédite a me omnes qui ope rámini iniquitátem : quóniam exaudívít Dóminus vocem fletus mei.

9. Exaudívít Dóminus deprecati ónem meam : Dóminus oratióñem meam suscépit.

10. Erubéscant et conturbéntur vehémenter omnes inimíci mei : convertántur et erubéscant valde velóciter.

Glória Patri [et Fílio : et Spirítui Sancto].<sup>337</sup>

Sicut erat [in princípio et nunc et semper : et in sécula].<sup>338</sup>

### *Psalmus. (xxxj.)*

**B**éati quorum remíssae sunt iniquitátes : et quorum tecta sunt peccáta.

2. Beatus vir cui non imputávit Dóminus peccátum : nec est in spíritu ejus dolus.

3. Quóniam tacui inveteravérunt ossa mea : dum clamárem tota die.

4. Quóniam die ac nocte graváta est

super me manus tua : convérsus sum [62r.] in erúmna mea dum configitur spina.

5. Delíctum meum cógnitum tibi feci : et injusticiam meam non abscóndi.

6. Dixi Confitébor advérsum me injusticiam meam Dómino : et tu remisísti impietátem peccáti mei.

7. Pro hac orábit ad te ómnis sanctus : in témpore opportúno.

8. Verúntamen in dilúvio aquárum multárum : ad eum non approximábunt.

9. Tu es refúgium meum a tribulatióne que circundédit me : exultátio mea erue me a circundántibus me.

10. Intelléctum tibi dabo et ínstruam te in via hac qua gradiéris : firmábo super te óculos meos.

11. Nolíte fieri sicut equus et mulus : quibus non est intelléctus.

12. In chamo et freno maxíllas córum constraíngue : qui non ap-próximant ad te.

13. Multa flagélla peccatóris : spe-rántem autem in Dómino miseri-cordia circundábit.

14. Letámini in Dómino et exultáte justi : et gloriámini omnes recti corde.

Glória Patri [et Fílio. &c.].<sup>339</sup>

*Psalmus. (xxxvij.)*

**D**omine ne in furóre tuo árguas me : neque in ira tua corrípias me.

2. Quóniam sagítte tue infixe sunt michi : et confirmásti super me manum tuam.

3. Non est sánitas in carne mea a fácie ire tue : non est pax óssibus meis a fácie peccatórum meórum.

4. Quóniam iniquitátes mee super grésse sunt caput meum : et sicut onus grave graváte sunt super me.

5. Putruérunt et corrúpte sunt cicátrices mee : a facie insipiéntie mee.

6. Miser factus sum et curvátus sum usque in finem : tota die contristátus ingrediébar.

7. Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus : et non est sánitas in carne mea.

8. Afflíctus sum et humiliátus sum

nimis : rugiébam a gémitu cordis mei.

9. Dómine ante te omne desi-dérium meum : et gémitus meus a te non est abscónditus.

10. Cor meum conturbátum est : derelíquit me virtus mea et lumen oculórum meórum, et ipsum non est mecum.

11. Amíci mei et próximi mei : ad-vérsum me appropinquavérunt et stetérunt.

12. Et qui juxta me erant de longe stetérunt : et vim faciébant qui querébant ániam meam.

13. Et qui inquirébant mala michi locúti sunt vanitátes : et dolos tota die meditabántur.

14. Ego autem tanquam surdus non audiébam : et sicut mutus non apériens os suum.

15. Et factus sum sicut homo non

áudiens : et non habens in ore suo redargutiōnes.

16. Quóniam in te Dómine sperávi : tu exáudies me Dómine Deus meus.

17. Quia dixi Nequándo super-gáudeant michi inimíci mei : et dum commovéntur pedes mei super me magna locúti sunt.

18. Quóniam ego in flagélla parátus sum : et dolor meus in conspéctu meo semper.

19. Quóniam iniquitátem meam an-nunciábo : et cogitábo pro peccáto

meo.

20. Inimíci autem mei vivunt, et confirmáti sunt super me : et multiplicáti sunt qui odérunt me iníque.

21. Qui retríbuunt mala pro bonis [62v.] detrahébant michi : quóniam se-québar bonitátem.

22. Ne derelínquas me Dómine : Deus meus ne discésseris a me.

23. Inténde in adjutórium meum Dómine : Deus salútis mee.

Glória [Patri].<sup>340</sup>

*Psalmus. (l.)*

**A**Iserére mei Deus : secúndum magnam misericórdiam tuam.

2. Et secúndum multitudinem miseratiōnum tuárum : dele iniquitátem meam.

3. Amplius lava me ab iniquitáte mea : et a peccáto meo munda me.

4. Quóniam iniquitátem meam ego cognósco : et peccátum meum contra me est semper.

5. Tibi soli peccávi et malum coram te feci : ut justificeris in sermónibus tuis et vincas cum judicáris.

6. Ecce enim in iniquitáibus con-céptus sum : et in peccátis concépit me mater mea.

7. Ecce enim veritátem dilexísti : incérta et occulta sapiéntie tue manifestásti michi.

8. Aspérges me Dómine<sup>341</sup> ysópo et mundábor : lavábis me et super nivem dealbábor.

9. Audítui meo dabis gáudium et letíciam : et exultábunt ossa humiliáta.

10. Avérte fáciem tuam a peccátis meis : et omnes iniquitátes meas dele.

11. Cor mundum crea in me Deus : et spíritum rectum ínnova in vis-céribus meis.

12. Ne projícias me a fácie tua : et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

13. Redde michi letíciam salutáris tui : et spíritu principáli confírma me.

14. Docébo iníquos vias tuas : et ímpii ad te converténtur.

15. Líbera me de sanguínibus Deus

Deus salútis mee : et exultábit lingua  
mea justícam tuam.

16. Dómine lábia mea apéries : et os  
meum annuncíabit laudem tuam.

17. Quóniam si voluísse sacrificium  
dedísssem : útique olocáustis non  
delectáberis.

18. Sacrificium Deo spíritus  
contribulátus : cor contrítum et

humiliátum Deus non despícies.

19. Benígne fac Dómine in bona  
voluntáte tua Syon : ut edificéntur  
muri Hierúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrificium  
justície oblatiónes et olocáusta : tunc  
impónent super altáre tuum vítulos.

Glória.

*Psalmus. (cj.)*

**D**omine exáudi oratióne meam :  
et clamor meus ad te véniat.

2. Non avértas fáciem tuam a me :  
in quacúnque die tríbulor inclína ad  
me aurem tuam.

3. In quacúnque die invocávero te :  
velóciter exáudi me.

4. Quia defecérunt sicut fumus dies  
mei : et ossa mea sicut crémium  
aruérunt.

5. Percússus sum ut fenum et áruit  
cor meum : quia oblítus sum co-  
médere panem meum.

6. A voce gémitus mei : adhésit os  
meum carni mee.

7. Símilis factus sum pellicáno  
solitúdinis : factus sum sicut nic-  
tícorax in domicílio.

8. Vigilávi : et factus sum sicut pas-  
ser solitárius in tecto.

9. Tota die exprobrábant michi  
inimíci mei : et qui laudábant me  
advérsus me jurábant.

10. Quia cínerem tanquam panem  
manducábam : et potum meum cum  
fletu miscébam.

11. A fácie ire indignatiónis tue :  
quia elevans allisísti me.

12. Dies mei sicut umbra declina-  
vérunt : et ego sicut fenum árui.

[63r.]

13. Tu autem Dómine in etérnum  
pérmiges : et memoriále tuum in  
generatióne et generatióнем.

14. Tu exúrgens miseréberis Syon :  
quia tempus miseréndi ejus quia venit  
tempus.

15. Quóniam placuérunt servis tuis  
lápides ejus : et terre ejus mis-  
rebúntur.

16. Et timébunt gentes nomen  
tuum Dómine : et omnes reges terre  
glóriam tuam.

17. Quia edificávit Dóminus Syon :  
et vidébitur in glória sua.

18. Respéxit in oratióne humílium :  
et non sprevit precem eórum.

Ordo ad visitandum infirmum.

---

19. Scribántur hec in generatióne álera : et pópulus qui créabitur laudábit Dóminum.

20. Quia prospéxit de excélsu sancto suo : Dóminus de celo in terram aspéxit.

21. Ut audíret gémitus compe- ditórum : ut sólveret filios inter- remptórum.

22. Ut annúncient in Syon nomen Dómini : et laudem ejus in Hie- rúsalem.

23. In conveniéndo pópulos in unum : et reges ut sérviant Dómino.

24. Respóndit ei in via virtútis sue : Paucitátem diérum meórum núncta michi.

25. Ne révoques me in dimídio diérum meórum : in generatióne et generatióne anni tui.

26. Inítio tu Dómine terram fun- dásti : et ópera mánum tuárum sunt celi.

27. Ipsi períbunt tu autem pérmá- nes : et omnes sicut vestíméntum veteráscent.

28. Et sicut opertórium mutábis eos et mutabúntur : u autem idem ipse es et anni tui non deficient.

29. Fílii servórum tuórum habitá- bunt : et semen eórum in séculum dirigétur.

Glória Patri.

*Psalmus. (cxxix.)*

**D**E profúndis clamávi ad te Dó- mine : Dómine exáudi vocem meam.

2. Fiant aures tue intendéntes : in vocem deprecationis mee.

3. Si iniquítates observáveris Dómi- ne : Dómine quis sustinébit.

4. Quia apud te propiciatio est : et propter legem tuam sustinui te Dómine.

5. Sustinuit ánima mea in verbo ejus : sperávit ánima mea in Dómino.

6. A custódia matutína usque ad noctem : speret Israel in Dómino.

7. Quia apud Dóminum misericórdia : et copiosa apud eum redémptio.

8. Et ipse rédimet Israel : ex ómni- bus iniquítatibus ejus.

Glória [Patri].<sup>342</sup>

*Psalmus. (cxlij.)*

**D**ómine exáudi oratióne meam : Dáribus pérceipe obsecratióne meam in veritáte tua exáudi me in tua

justícia.

2. Et non intres in judícium cum servo tuo : quia non justificábitur in

conspéctu tuo omnis vivens.

3. Quia persecútus est inimícus ánimam meam : humiliávit in terra vitam meam.

4. Collocávit me in obscuris sicut mórtuos séculi : et anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

5. Memor fui diérum antiquórum meditátus sum in ómnibus opéribus tuis : in factis mánuum tuárum meditábar.

6. Expándi manus meas ad te : áнима mea sicut terra sine aqua tibi.

7. Velóciter exáudi me Dómine : defécit spíritus meus.

8. Non avértas fáciem tuam a me : et símilis ero descendéntibus in lacum.

9. Audítam fac michi mane miseri-

córdiam tuam : quia in te sperávi.

[63v.]

10. Notam fac michi viam in qua ámbulem : quia ad te levávi ánimam meam.

11. Eripe me de inimícis meis Dómine ad te confúgi : doce me fácere voluntátem tuam quia Deus meus es tu.

12. Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : propter nomen tuum Dómine vivificábis me in equitáte tua.

13. Edúces de tribulatióne ánimam meam : et in misericórdia tua disperdes inimícos meos.

14. Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam : quóniam ego servus tuus sum.

Glória Patri.

*Antiphona.* Ne reminiscáris Dómine delícta nostra vel paréntum nostrórum : neque vindictam sumas de peccátis nostris : parce Dómine parce fámulo tuo quem redemísti precioso sanguine tuo ne in etérnum irascáris ei.

**C** *Et cum intraverit domam dicat,* Pax huic dómui et ómnibus habitántibus in ea : pax ingrediéntibis et egrediéntibus.

**C** *Et sciendum est quando infirmus debet inungi :* afferenda est ei ymago crucifixi et ante conspectum ejus statuenda : ut redemptorem suum in ymagine crucifixi adoret et passionis ejus quam pro peccatorum salute sustinuit recordetur.<sup>343</sup>

*Deinde asperget infirmum aqua benedicta et statim sequatur,*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [privatim.]

[*X.*]<sup>344</sup> *Et ne nos [indúcas in tentatióne].*

Ordo ad visitandum infirmum.

---

[R.] Sed libera [nos a malo].

[V.]<sup>345</sup> Salvum fac servum tuum *vel* ancíllam tuam.

[R.] Deus meus sperántem in te.

[V.]<sup>346</sup> Mitte ei Dómine auxílium de sancto.

[R.] Et de Syon tuére eum.

[V.]<sup>347</sup> Nichil proficiat inimícus in eo.

[R.] Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

[V.]<sup>348</sup> Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

[R.] A fácie inimíci.

[V.]<sup>349</sup> Dómine exáudi [oratióne] meam.

R.] [Et clamor]<sup>350</sup> [meus ad te véniat.

V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus qui beátum Petrum apóstolum tuum misísti ad Thábitam fámulam tuam ut ejus précibus suscitarétur ad vitam : exáudi nos quésumus : ut hunc fámulum

tuum<sup>351</sup> *N.* quem in nómine tuo vísat nostra fragilitas, exoráta medicíne tue medéla cítius sanitáti restítuat. Per Christum.

Orémus.

*Oratio.*

**M**nípotens sempitérne Deus : qui súbvenis in perículis et necessitatē laborántibus et flagélla cleménter témperas te Dómine súpplices exorámus : ut per visitatióne tuam sanctam érigas hunc fámulum

tumm *N.* ex hac egrotatióne qua tenétur : et preséntes eum ecclésie tue sancte incólumem ad láudem et glóriam nómminis tui. Per Christum [Dóminum nostrum].<sup>352</sup>

Orémus.

[*Oratio.*]

**F**xáudi nos omnípotens et misericors Deus et visitatióne

tuam conférre dignéris super hunc fámulum tuum *N.* quem divérsa vexat

Ordo ad visitandum infirmum.

---

infirmitas. Vísita eum Dómine sicut visitáre dignátus es socrum Petri puerúmque centuriónis et Tobíam et Saram per sanctum ángelum tuum Raphaélem. Restítue in eo Dómine prístinam sanitátem ut mereátur in

átrio domus tue dícere, Cástigans castigávit me Dóminus et morti non trádidit me Salvátor mundi. Qui cum [64r.] Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia sécula secu-lórum. Amen.

[*Oratio.*]<sup>353</sup>

**D**eus qui fámulo tuo Ezechíe ter quinos annos ad vitam donásti : ita et hunc fámulum tuum *N.* a lecto

egritúdinis tua poténtia érigas ad salútem. Per Christum Dóminum nostrum.

[*Oratio.*]<sup>354</sup>

**R**espice quésumus Dómine fámulum tuum *N.* in infirmitáte sui córporis laborántem : et ániam réfove quam creásti : ut castgatióibus

emundáta, et contínuo se séntiat tua medicína salvátam. Per Christum [Dóminum].<sup>355</sup>

[*Oratio.*]<sup>356</sup>

**D**eus qui factúre tue pio semper domináris afféctu, inclína aurem tuam supplicatióibus nostris : et fámulum tuum *N.* ex advérsa vali-

tudine sui córporis laborántem pla-cátus résponce : et vísita in salutári tuo ac celéstis grátie presta medicínam. Per Christum Dóminum nostrum.

[*Oratio.*]<sup>357</sup>

**V**irtútum celéstium Deus qui ab humánis corpóribus omnem languórem et omnem infirmitátem precépti tui potestáte dispéllis : adésto propícius huic fámulo tuo *N.* ut

fugátis infirmitáibus et víribus re-céptis, nomen sanctum tuum instau-ráta prótinus sanitáte benedícat. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnípotens etérne Deus : qui fragilitátem conditiónis humáne infusa virtútis tue

dignatióne confírmas, ut salutáribus remédiis pietátis tue córpora nostra et membra vegeténtur super hunc

Ordo ad visitandum infirmum.

---

fámulum tuum *N.* propícius inténde :  
ut omni necessitáte corpóree infirmitatis exclúsa grátia in eo prístine

sanitatis perfécta reparétur. Per Christum Dóminum [nostrum].<sup>358</sup>

Orémus.

*Oratio.*

**R**Espice Dómine de celo et vide  
et vísita hunc fámulum tuum  
*N.* et bénedic eum sicut benedícere  
dignátus es Abraham, Ysaac, et Jacob.  
Résdice super eum Dómine óculis  
misericórdie tue : et reple eum omni

gáudio et letícia et timóre tuo.  
Expélle ab eo omnes inimíci insídias :  
et mitte ángelum pacis qui eum  
custódiat et domum istam in pace  
perpétua. Per Dóminum nostrum.  
Et cetera.

**C** Deinde priusquam ungatur infirmus aut communicetur : exhortetur eum sacerdos hoc modo.

**F**RATER caríssime grátias age  
omnipoténti Deo pro univérsis  
beneficiis suis : patiénter et be-  
nigne suscípiens infirmitátem cór-  
poris quam tibi Deus immísit : nam si  
ipsam humíliter sine mürmure tol-  
eráveris : infert ánime tue máximum  
prémium et salútem. Et frater carís-  
sime quia viam unívérse carnis in-

gressúrus es : esto firmus in fide : qui  
enim non est firmus in fide : infidélis  
est : et sine fide impossíbile est  
placére Deo : et ídeo si salvus esse  
volúeris : ante ómnia opus est ut  
téneas cathólicam fidem : quam nisi  
intégram inviolatámque serváveris :  
absque dúbio in etérnam períbis. [64v.]

**C** Deinde bonum et valde expediens est ut sacerdos exprimat infirmo *xiiij. articulos fidei :*  
*quorum vij. primi ad mysterium Trinitatis et vij. alii ad Christi humanitatem perti-<sup>359</sup> nent :* ut si forte prius in aliquo ipsorum erraverit titubaverit vel dubius fuerit : ante mortem dum adbuc spíritus unitus est carni ad fidem solidam reducatur : et potest sacerdos dicere sic.

Fides autem cathólica hec est frater : crídere in unum Deum : hoc est in unitátem Divíne Esséntie : in trium Personárum indivisíbili Trinitáte.

*ij.* Patrem ingénitum esse Deum.

*iiij.* Unigénitum Dei Fílium : esse Deum per ómnia coequálem Patri.

*iiiij.* Spíritum Sanctum non génitum, non factum, non créatum : sed a Patre et

Ordo ad visitandum infirmum.

---

Fílio páriter procedéntem : esse Deum Patri Filióque consubstantiálem étiam et equálem.

v. Creatiónem celi et terre : id est omnis visíbilis et invisíbilis creatúre a tota indivisíbili Trinitáte.

vj. Sanctificátionem ecclésie per Spíritum Sauctum et grátie sacraménta ac cétera ómnia in quibus commúnicat ecclésie Christiána : in quo intellígitur quod ecclésia cathólica cum suis sacraméntis et légibus per Spíritum Sanctum reguláta : omni hómini quantumcúnque facinoróso peccatóri súfficit ad salútem : et quod extra ecclésiam cathólicam non est salus.

vij. Consummatiónem ecclésie per glóriam sempitérnam in ánima et carne veráciter suscitándam<sup>360</sup> : et per cujus oppósitum intellígitur etérrna damnátio reprobórum.

Si vis ergo salvus esse frater : ita de mystério Trinitátis séntias.

*Deinde exprimat ei sacerdos alios septem articulos ad Christi humanitatem pertinentes hoc modo.*

Simíliter frater caríssime necessárium est ad etérnam salútem ut credas et confiteáris Dómini nostri Jesu Christi incarnationem, seu veram carnis assumptionem per Spíritum Sanctum ex sola vírgine gloriósa.

ij. Veram incarnati Dei nativitátem ex vírgine incorrúpta.

ijj. Veram Christi passióinem et mortem sub tyránnide Piláti.

iji. Veram Christi descensiónem ad íferos in ánima ad spoliatióñem Tártari : quiescénte córpore ejus in sepúlchro.

v. Veram Christi Dei tértia die a morte resurrectiōnem.

vj. Veram ipsíus ad celos ascensióñem.

vij. Ipsíus ventúri ad judícium certíssimam expectatióñem.

Hec est fides cathólica frater, quam nisi fidéliter firmitérque credéderis sicut sancta mater ecclésia credit : salvus esse non póteris.

**C** *Et si infirmus laicus vel simpliciter literatus fuerit : tunc potest sacerdos articulos fidei in generali ab eo inquirere, sub hac forma.*

Charíssime frater credis Patrem et Fílium et Spíritum Sanctum esse tres Persónas et unum Deum, et ipsam benedictam atque indivisibilem Trinitátem creásse ómnia créata visibilia et invisibilia. Et solum Fílium de Spíritu Sancto concéptum [65r.] incarnátum fuísse ex María vírgine : passum et mórtuum pro nobis in cruce sub Póntio Pyláto : et<sup>361</sup> sepúltum descendísse ad inférra : die tértia resurrexísse a mó-

tuis : ad celos ascendísse. Iterúmque ventúrum ad judicándum vivos et mórtuos : omnésque hómines tunc in córpore et ánima resurrectúros, bona et mala secúndum mérita sua receptúros : et remissiónem peccatórum per sacramentórum ecclésie perceptiόnem : et sanctórum communiόnem, id est omnes hómines in charitáte existéntes : esse partícipes ómnium bonórum grátie que fiunt in ecclésia : et omnes qui commúnican cum justis hic in grátia, communicáre cum eis in glória.

**C** Deinde respondeat infirmus.

Credo firmiter in ómnibus sicut sancta mater credit ecclésia : protestándo coram Deo et ómnibus Sanctis continue hoc esse meam veram et firmam intentionem quomodocúnque áliquis spíritus malignus memóriam meam áliter forte in futúro sollicitáverit perturbáre.

**C** Deinde dicat sacerdos.

Charíssime frater quia sine charitáte nichil próderit tibi fides : testánte apóstolo qui dicit, Si habúero omnem fidem ita ut montes tránsferam charitátem autem non habúero : nichil sum : et<sup>362</sup> ídeo opórtet te diligere Dóminum Deum tuum super ómnia ex toto corde tuo, et ex tota ánima tua : et próximum tuum propter Deum sicut teípsum : nam sine hujúsmodi charitáte nulla fides valet. Excérce ergo charitatis ópera dum vales : et si multum tibi affúerit, abundánter tríbue : si autem exíguum, illud impertíri stude : et ante ómnia si quem injúste léseris : satisfácias si váleas : sinautem : expedit ut ab eo véniā humíliter póstules : dimítte debitóribus tuis et illis qui in te peccavérunt, ut Deus tibi dimíttat : odiéntes te díligas pro malis bona retríbuas : dimítte inquit Salvátor<sup>363</sup> et dimittétur vobis. Spem étiam firmam et bonam fidúciam frater opórtet te habére in Deo et in misericórdia sua : et si occúrrerit cogitátui tuo multitúdo peccatórum tuórum, dole : sed nullo modo désperes : immo cógita quóniam [ut]<sup>364</sup> testátur scriptúra<sup>365</sup> misericórdia ejus super ómnia ópera ejus : et illi soli próprium est semper miseréri et párcere : et secúndum altitúdinem celi a terra corroborávit misericórdiam suam super timéntes se. Spera ígitur in Deo et fac bonitátem : quóniam sperántem in Dómino misericórdia circúndabit : et<sup>366</sup> qui sperant in Dómino habébunt fortitúdinem et assúment pennas ut aquíle, volábunt et non deficient : volábunt enim a ténebris ad lumen : a cárcere ad regnum : a miséria presénti ad glóriam sempitérnam.

**C** Deinde stabilito sic infirmo in fide charitate et spe, dicat ei sacerdos.

Charíssime frater si velis ad visiόnem Dei pervenire : opórtet omnino quod sis mundus in mente et purus in consciéntia : ait enim Christus in evangélio, Beáti

[65v.]

mundo corde : quóniam ipsi Deum vidébunt. Si ergo vis mundum cor et conscientiam sanam habére, peccáta tua univérsa confitére, oris enim conféssio fit ad salútem. Ut ait apóstolus, Et quia forte ante hoc aut per obliviónem : aut verecúndie confusióinem<sup>367</sup> aliqua peccáta tua vel eórum circunstántias aggravántes omisísti : truncásti : abscondísti : vel minus conféssus fuísti : ídeo jam resúme ab inicio et confitére : quóniam in próximo est ut viam univérse carnis ingressúrus sis : et tunc ámplius confítéri non poteris. Dic ergo uni peccáta tua : ut Deus coram multis mílibus in die judícií ea tegat. Si autem tu hic ea tebas et abscondás in ómnium conspéctu : ad tui confusióinem in die judícií denudabúntur. Recogita ergo omnes annos tuos in amarítudine ánime tue, et non sit tibi sollicitúdo de aliqua creatúra vel rebus mundánis : sed omnem sollicitúdinem tuam prójice in Deum : et noli esse immémor salútis ánime tue. Multum tempus in vanum transegísti : nunc una hora tibi forte tantum súperest in hac vita : et ídeo hanc expénde totáliter in utilitátem et cómmodum ánime tue. Surge frater de lacu miséria et de luto peccáti per confessióinem. Grandis enim tibi restat via. Surge ergo ut lotus láchrymis contrítionis comédere váleas panem vite : hoc est sacraméntum córporis Christi quod erit tibi in via hac qua gradiéris : robur et fulcíméntum et ambulábis per Dei grátiam in fortitúdine cibi illius usque ad montem Dei : quod tibi concédat ómnium fidélium redémptor Dei Fílius Jesus Christus. Amen.

**C** Deinde audita integra confessione infírmi : et factis interrogacionibus expedientibus injungar sacerdos infírmō : quod si quid injuste alieni habuerit : ve si quem injuste lesérat seu damnificaverit : reddat et satisfaciat si valeat : sin autem veniam humiliter postulet. Attamen non injungat ei sacerdos aliquam penitentiam sed dicat ei benigniter hoc modo.

Frater tu tot et tália peccáta commisísti : pro quibus si tu eses sanus talem penitentiam déberes ágere usque ad tale tempus, *innotescendo ei illam penitentiam in speciali*, sed quia infírmus es et forte vita tua ad hoc peragéndum exténdere non valébit : ídeo injúngo tibi aliquam penitentiam. Volo tamen quod sit forte discésseris<sup>368</sup> : fácas talem elemósinam vel ad minus injúngas amícis vel executóribus tuis ipsam fáceré ex parte tua pro ipsa penitentia, *assignando ipsam elemosinam in speciali*. Si autem convalúeris : penitentiam quam tibi notificávi ad ímpelas vel íterum humíliter de novo rédeas ad confessióinem : vel michi vel álii qui tibi absolutiónis beneficium in hac parte de jure conférre váleat et débeat. Et concédo tibi quod omnes indulgéntie quorumcúnque prelatórum tibi concésse seu qualitercúnque concedénde, eorúmque benedictíones, omnes aque benedícte

[66r.]

aspersiones, devóte pectório tui tunsiones : cordis tui dontritiones, ista confessio et omnes álie confessiones tue devóte, ómnia jejúnia abstinentie, elemósine, vigílie, disciplíne, orationes et<sup>369</sup> peregrinaciones : et ómnia ália bona que fecísti vel fácies, et ómnia mala que pro Deo sive injúste sustinuisti vel sustinébis : pássio salvatóris Dómini nostri Jesu Chrsti merítaque beáte et glorióse vírginis Maríe et ómnium aliórum sanctórum : necnon suffrágia tótius sancte ecclésie cathólice, cedant tibi in remissiónem istórum et ómnium aliórum peccatórum tuórum, in augmentatióne meritórum et consecutióne premiórum eternórum. Amen.

*Deinde dicat sacerdos hoc modo.*

Misereátur tui omnípotens Deus et dimittat tibi ómnia peccáta tua : líberet te ab omni malo : consérvet et confírmet in bono, et ad vitam perdúcat etérnum. Amen.

¶ *Deinde absolvat sacerdos infirmum ab omnibus peccatis suis hoc modo dicens.*

**D**ominus noster Jesus Christus pro sua magna pietáte te absolvat : et ego auctoritáte ejúsdem Dei Dómini nostri Jesu Christi, et beatórum apostolórum Petri et Pauli : et auctoritáte michi trádita absólvo te ab ómnibus peccatis hiis de quibus

corde contritus et ore michi confessus es : et ab ómnibus áliis peccatis tuis de quibus si tue occurrerent memórie libénter confitíri<sup>370</sup> velles : et sacraméntis ecclésie te restítuo. In nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

¶ *Notandum est quod licet sacerdos possit de facto absolvire infirmum in articulo mortis ab omnibus peccatis suis, tamen si aliquis casus occurrat in confessione a quo ipse sacerdos cum alias de jure absolvere non posset, injungendum est infirmo quod cum convaluerit presentet se illi ad confitendum qui eum de jure vel consuetudine in hac parte absolvere debeat, recepturus ejus mandata et satisfacturus : nam alias reincidit in eandem sententiam quam prius sustinuit.*

[66v.] *Si infirmus bullam habeat apostolicam de plena absolutione et remissione omnium peccatorum suorum semel in articulo mortis concessam : tunc primo legat sacerdos effectum bulle : deinde ceteris peractis ut predictum est<sup>371</sup> fiat ejus absolutio sub hac forma.*

**D**ominus noster Jesus Christus pro sua magna pietáte absolvat : et ego auctoritáte ejúsdem Dei et Dómini nostri Jesu Christi, et beatórum apostolórum Petri et Pauli, et

dómini nostro dómini N. divína prvidéntia summi pontíficis : et virtúte grátie tibi concésse : et electiōnis qua me in tuum confessórem elegísti in hac parte michi commíssa : absólvo te

ab ómnibus peccátis tuis, de quibus corde contritus et ore michi conféssus es : et ab ómnibus áliis peccátis tuis de quibus si tue occúrrerent memórie confitéri velles : ab omni fractióne votórum et ab<sup>372</sup> omni omissione salutárium penárum sacramentaliter tibi injunctárum : et ab omni transgressióne divinórum mandatórum. Tibique concédo plenam indulgéniam ómnium peccatórum tuórum

inquántum claves ecclésie et potéstas dómini pape se exténdunt. Et si immiscéndo te divinis sic innodátus es : aut unquam fuísti quod aliquam notam irregularitatis contraxisti : vel penam suspensiónis interdícti seu excommunicatiónis incurrísti : eádem auctoritaté tollo et ammóveo tecumque dispénsso : et sacraméntis ecclésie te restítuo. In nōminie Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Amen.

*Deinde dicat sacerdos orationem sequentem cum Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**P**Reténde Dómine huic fámulo tuo déxteram celéstis auxílii : ut te toto corde perquírat : et quod

digne póstulat assequátur. Per Christum Dóminum nostrum. *R.* Amen.

*Sequatur.*

Bene ✕ díctio Dei Patris omnipoténtis : et Fílii : et Spíritus Sancti super te descéndat et máneat semper. Amen.

*Deinde osculetur crucem infirmus et sacerdotem : et postea omnes alios per ordinem : et interim dicat sacerdos morosius.*

Dóminus vobíscum. et Orémus.

*Oratio.*

**D** Eus misericors Deus clemens : qui secúndum multitúdinem miseratiónen tuárum peccáta penitentiām deles : et preteritórum críminum culpas vénia remissiónis evácuas : résponce super hunc fámulum tuum N. sibi remissiónem ómnium peccatórum suórum tota cordis contritóne poscéntem. Rénova in eo

piíssime Pater quicquid dyabólica fraude violátum est : et unitáti córporis ecclésie tue membrum infírmum peccatórum percépta remissióne restítue. Miserére Dómine gémituum ejus : miserére lachrymárum : miserére tribulatiónum atque dolorum : et non habéntem fidúciam nisi in tua misericórdia, ad sa- [67r.]

Ordo ad visitandum infirmum.

---

craméntum reconciliatiónis admítte. | trum].<sup>373</sup>  
Per Christum [Dóminum nos-

Orémus.

*Oratio.*

**D**A nobis quésimus Dómine, ut sicut publicáni précibus et confessióne placátus es : ita et hic fámulo tuo *N.* benígnus aspíra<sup>374</sup> : ut in confessióne flébili pérmansens

misericórdiam tuam celériter consequátur : sacrísque altáribus restitútus, rursúsque divíno famulátui mancipétur. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Absolutio.*

**A**bsolvimus te *N.* vice beáti Petri apostolorum príncipis cui Dóminus potestátem ligándi atque solvéndi dedit : et quantum ad te pértinet accusátio et ad nos remíssio :

sit tibi omnípotens Deus vita et salus, et ómnium peccatórum tuórum pius indúltor. Qui vivit et regnat cum Deo Patre [in unitáte Spíritus Sancti Deus].<sup>375</sup> *&c.*

## [*De extrema unctione.*] <sup>376</sup>

*Priusquam unguatur infirmus, incipiat sacerdos antiphonam :*  
Salvátor mundi.  
*Deinde dicatur*<sup>377</sup>

*Psalmus. (lxx.)*

**I**N te Dómine sperávi non con-fúndar in etérnum : in justicia tua libera me et éripe me.

2. Inclína ad me aurem tuam : et salva me.

3. Esto michi in Deum protectórem : et in locum munítum ut salvum me fáciás.

4. Quóniam firmaméntum meum : et refúgium meum es tu.

5. Deus meus éripe me de manu peccatóris : et de manu contra legem agéntis et iníqui.

6. Quóniam tu es patiéntia mea Dómine : Dómine spes mea a juventúte mea.

7. In te confirmátus sum ex útero : de ventre matris mee tu es protéctor meus.

8. In te cantáio mea semper : tanquam prodígum factus sum multis, et tu adjútor fortis.

9. Repleáтур os meum laude : ut cantem glóriam tuam tota die magnitudinem tuam.

10. Ne projícias me in témpore senectútis : cum defécerit virtus mea ne derelínquas me.

11. Quia dixérunt inimíci mei michi : et qui custodiébant ánimam meam consílium fecérunt in unum.

12. Dicéntes Deus derelíquit eum : persequímini et comprehéndite eum, quia non est qui erípiat.

13. Deus ne elongérис a me : Deus meus in auxílium meum respice.

14. Confundántur et deficiant detra-héntes ánime mee : operiántur confusióne et pudóre qui querunt mala michi.

15. Ego autem semper sperábo : et adjícam super omnem laudem tuam.

16. Os meum annuncíabit justíciam tuam : tota die salutáre tuum.

17. Quóniam non cognóvi litte-ratúram introíbo in poténtias Dómini : Dómine memorábor justicie tue solíus.

18. Deus docuísti me a juventúte mea : et usque nunc pronunciábo mirabília tua.

19. Et usque in senéctam et séniúm : Deus ne derelínquas me.

20. Donec annúnciem bráchium tuum : generatióni omni que ventúra est.

21. Poténtiam tuam et justícam tuam Deus usque in altíssima que fecísti magnália : Deus quis símilis tibi.

22. Quantas ostendísti michi tribulátiones multas et malas : et convérsus [67v.] vivificásti me, et de abýssis terre íterum reduxísti me.

23. Multiplicásti magníficéntiam tuam : et convérsus consoláta es me.

24. Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam Deus :

*Tota dicatur antiphona.* Salvátor mundi salva nos, qui per crucem et sanguinem redemísti nos : auxiliáre nobis te deprecámur Deus noster.

*Tunc dicat sacerdos Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**Mnípotens sempítérne Deus qui béatum Jacóbum apostólum tuum locus es dicens, Infírmátur quis in vobis indúcat presbýteros ecclésie et orent super eum ungéntes óleo sancta in nómine Dómini : et oráto fidei salvábit infírmum : et alleviábit eum Dóminus : et si in peccátis sit dimitténtur ei, dignáre per manus

psallam tibi in cíthara sanctus Israel.

25. Exultábunt lábia mea cum cantávero tibi : et ánima mea quam redemísti.

26. Sed et lingua mea tota die meditábitur justícam tuam : cum confúsi et revériti fúerint qui querunt mala michi.

*Finito psalmo cum Gloria Patri [et Fílio. &c].*<sup>378</sup>

Sicut erat.

nostras hunc fámulum tuum<sup>379</sup> N. infírmum de óleo sanctificáto úngere : et virtúte benedictiónis tue salúti prístine restitúere : ut quod extérios per ministérium nostrum effícitur, hoc intérius spirituáliter tua divína virtus ac invisibíliter tua malagmáta operéntur. Per Dóminum nostrum.

*Tunc sacerdos accedens ad infírmum incipiat psalmum sequentem chorus vel clericus totum prosequatur et sic fiat de ceteris psalmis sequentibus.*

*Psalmus. (xij.)*

**A**Squequo Dómine oblíviscérís me in finem : úsquequo avértis fáciem tuam a me.

2. Quámdiu ponam consília in

ánima mea : dolórem in corde meo per diem.

3. Usquequo exaltábitur inimícus meus super me : réspice et exáudi me

Dómine Deus meus.

4. Illúmina óculos meos ne unquam obdórmiam in morte : nequándo dicat inimícus meus Preválui adverás eum.

5. Qui tríbulant me exultábunt si motus fúero : ego autem in misericórdia tua sperávi.

6. Exultábit cor meum in salutári tuo, cantábo Dómino qui bona tríbuit michi : et psallam nómini Dómini altíssimi.

Gloria Patri [et Fílio].<sup>380</sup>

Sicut erat [in princípio].<sup>381</sup>

**C** Dum dicitur predictus psalmus a choro vel a clérico accipiat<sup>382</sup> interim sacerdos oleum infirmorum super pollicem dextrum : et sic cum illo pollice tangat infirmum cum oleo signum sancte crucis faciens super unumque oculum incipiendo ad dextrum oculi<sup>383</sup> et dicat sacerdos hoc modo.

**P**Er istam unctiónem et suam piíssimam misericórdiam indúl-

geat tibi Dóminus quicquid peccásti per visum. *Rz.* Amen.

Sequatur psalmus. (xxix.)

**C**Xaltábo te Dómine quóniam suscepísti me : nec delectásti inímicos meos super me.

2. Dómine Deus meus clamávi ad te : et sanásti me.

3. Dómine eduxísti ab inférno ániam meam : salvásti me a descendéntibus in lacum.  
[68r.]

4. Psállite Dómino omnes sancti ejus : et confitémini memórie sanctitátis ejus.

5. Quóniam ira in indignatióne ejus : et vita in voluntáte ejus.

6. Ad vésperum demorábitur fletus : et ad matutínum letícia.

7. Ego autem dixi in abundántia mea : Non movébor in etérnum.

8. Dómine in voluntáte tua : presti-

tisti decórī meo virtútem.

9. Avertísti fáciem tuam a me : et factus sum conturbátus.

10. Ad te Dómine clamábo : et ad Deum meum deprecábor.

11. Que utíltas in ságuine meo : dum descéndo in corruptiόnem.

12. Nunquid confitébitur tibi pulvis : aut annunciábit veritátem tuam.

13. Audívit Dóminus et misértus est mei : Dóminus factus est adjútor meus.

14. Convertísti planctum meum in gáudium michi : concidísti saccum meum, et circundedísti me letícia.

15. Ut cantet tibi glória mea et non compúngar : Dómine Deus meus in etérnum confitébor tibi.

Gloria Patri [et Fílio.]

Sicut erat].<sup>384</sup>

*Deinde super aures dicens.*

**P**er istam unctiónem et suam piíssimam misericórdiam indúl-

geat tibi Dóminus quicquid peccásti per audítum. *R.* Amen.

*Sequatur psalmus. (xlij.)*

**J**údica me Deus et discérne cau-  
sam meam de gente non sancta :  
ab hómine iníquo et doloso érue me.

2. Quia tu es Deus fortitúdo mea :  
quare me repulísti et quare tristis  
incédo dum afflígit me inimícus.

3. Emítte lucem tuam et veritátem  
tuam : ipsa me deduxérunt et ad-  
duxérunt in montem sanctum tuum  
et in tabernácula tua.

4. Et introíbo ad altáre Dei ad Deum :  
qui letíficat juventútem meam.

5. Confitébor tibi in cýthara Deus  
Deus meus : quare tristis es ánima  
mea et quare contúrbas me.

6. Spera in Deo : quóniam adhuc  
confitébor illi, salutáre vultus mei et  
Deus meus.

Glória [Patri et Fílio.]

Sicut erat].<sup>385</sup>

*Deinde super labia dicens.*

**P**er istam unctiónem et suam piíssimam misericórdiam indúl-  
geat tibi Dóminus quicquid peccásti

per gustum et per illícita verba. *R.*  
Amen.

*Sequatur psalmus. (liij.)*

**D**eus in nómine tuo salvum me  
fac : et in virtúte tua júdica me.

2. Deus exáudi oratiómem meam :  
áuribus pérçipe verba oris mei.

3. Quóniam aliéni insurrexérunt ad-  
vérsus me, et fortes quesíerunt án-  
iam meam : et non proposuérunt  
Deum ante conspéctum suum.

4. Ecce enim Deus áduvat me : et  
Dóminus suscéptor est ánime mee.

5. Avérte mala inimícis meis : et in  
veritáte tua dispérde illos.

6. Voluntárie sacrificábo tibi, et  
confitébor nómini tuo Dómine :  
quóniam bonum est.

7. Quóniam ex omni tribulatióne  
eripuísti me : et super inimícos meos  
despéxit óculus meus.

Glória Patri [et Fílio.]

Sicut erat].<sup>386</sup>

*Deinde super nares dicens.*

**P**er istam unctionem et suam piissimam misericordiam indul-

geat tibi Dominus quicquid peccasti per odoratum. *R.* Amen.

*Sequatur psalmus lxix.*

[68v.]

**D**eus in adjutorium meum intende : Domine ad adjuvandum me festina.

2. Confundantur et revereantur : qui querunt animam meam.

3. Avertantur retrorsum et erubescant : qui volunt michi mala.

4. Avertantur statim erubescentes : qui dicunt michi Euge euge.

5. Exultent et letentur in te omnes qui querunt te : et dicant semper Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.

6. Ego vero egenus et pauper sum : Deus adjuva me.

7. Adjutor meus et liberator meus es tu : Domine ne moreris.

Gloria [Patri].<sup>387</sup>

*Manus sacerdotis infirmi debent inungi in partibus exterioribus, nam et episcopus liniebat in partibus interioribus. Manus vero cujuscunque alterius infirmi debent inungi interius.*

**C** Deinde super manus ita dicens.

**P**er istam unctionem et suam piissimam misericordiam indul-

geat tibi Dominus quicquid peccasti per tactum. *R.* Amen.

*Seauatur psalmus. (lxxxv.)*

**I**nclina Domine aurem tuam et exaudi me : quoniam inops et pauper sum ego.

2. Custodi animam meam quoniam sanctus sum : salvum fac servum tuum Deus meus sperantem in te.

3. Miserere mei Domine quoniam ad te clamavi tota die : letifica animam servi tui quoniam ad te Domine animam meam levavi.

4. Quoniam tu Domine suavis et mitis : et multe misericordie omnibus

invocantibus te.

5. Auribus percipe Domine orationem meam : et intende voci deprecationis mee.

6. In die tribulacionis mee clamavi ad te : quia exaudisti me.

7. Non est similis tui in diis Domine : et non est secundum opera tua.

8. Omnes gentes quascunque fecisti veniam et adorabunt coram te Domine : et glorificabunt nomen tuum.

9. Quoniam magnus es tu : et

fáciens mirabília tu es Deus solus.

10. Deduc me Dómine in via tua, et ingrédiar in veritáte tua : letétur cor meum ut tímear nomen tuum.

11. Confitébor tibi Dómine Deus meus in toto corde meo : et glorificábo nomen tuum in etérnum.

12. Quia misericórdia tua magna est super me : et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

13. Deus iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quesíerunt ánimam meam : et non proposuérunt

te in conspéctu suo.

14. Et tu Dómine Deus miserátor et miséricors : pátiens et multe misericórdie et verax.

15. Résponce in me et miserére mei : da impérium<sup>388</sup> púero tuo, et salvum fac filium ancílle tue.

16. Fac mecum signum in bono : ut videant qui odérunt me et confundántur, quóniam tu Dómine adjuvísti me et consolátus es me.

Glória Patri.

**D** Deinde super pedes ita dicens.

**P**Er istam unctiónem et suam piíssimam misericórdiam indúl-

geat tibi Dóminus quicquid peccásti per incéssum pedum. *R* Amen.

*Sequatur psalmus. (lxxxvij.)*

**D** Omine Deus salútis mee : in die clamávi et nocte coram te.

2. Intret in conspéctu tuo orálio mea : inclína aurem tuam ad precem meam.

3. Quia repléta est malis áнима mea : et vita mea inférno appropinquávit.

4. Estimátus sum cum descen-[69r.] déntibus in lacum : factus sum sicut homo sine adjutório inter mórtuos liber.

5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlchris quorum non es memor amplius : et ipsi de manu tua repúlsi sunt.

6. Posuérunt me in lacu inferióri :

in tenebrósis et in umbra mortis.

7. Super me confirmátus est furor tuus : et omnes fluctus tuos induxísti super me.

8. Longe fecísti notos meos a me : posuérunt me abominatióнем sibi.

9. Tráditus sum et non egrediébar : oculi mei languérunt pre inópia.

10. Clamávi ad te Dómine : tota die expándi ad te manus meas.

11. Nunquid mórtuis fácies mirabília : aut médi ci suscitábunt et confitebúntur tibi.

12. Nunquid narrábit áliquis in sepúlchro misericórdiam tuam : et

veritatem tuam in perditione.

13. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua : et justicia tua in terra obliuionis.

14. Et ego ad te Dómine clamávi : et mane oratio mea prevéniet te.

15. Ut quid Dómine repéllis orationem meam : avértis fáciem tuam a me.

16. Pauper sum ego et in labóribus a

juventute mea : exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.

17. In me transiérunt ire tue : et terróres tui conturbavérunt me.

18. Circundedérunt me sicut aqua tota die : circundedérunt me simul.

19. Elongásti a me amicum et próximum : et notos meos a miseria.

Glória Patri.

**D**einde in dorso inter lumbos maris vel super umbilicum mulieris ita dicens.

**P**er istam unctionem et suam piíssimam misericordiam indúlgeat tibi Dóminus quicquid peccasti

per illícitas cogitationes et per ardorem libidinis. *R*̄. Amen.

**T**unc erigens se sacerdos lavet manus suas cum sale et aqua in vase quo stuppe olei ponuntur : que igne crementur et in cemeterio fodeantur. Postea dicat sacerdos super infirmum benedictionem hoc modo.

**I**n nōmine Patris et Fílii et Spíritus Sancti sit tibi hec ólei íncio ad purificácionem mentis et

cóporis : et ad múnimen et defensiónem contra jácula immundórum spírituum. *R*̄. Amen.

Sequatur psalmus. (cxl.)

**D**omine clamávi ad te exaudi me : inténde voci mee cum clamávero ad te.

2. Dirigátur oratio mea sicut incénum in conspéctu tuo : elevatio mánum meárum sacrificium vespertínum.

3. Pone Dómine custódiam ori meo : et óstium circunstántie lábiis meis.

4. Non declínes cor meum in verba malicie : ad excusáandas excusatíones

in peccatis.

5. Cum homínibus operántibus iniquitátem : et non communicábo cum éléctis eórum.

6. Corrípiet me justus in misericordia et increpábit me : óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

7. Quóniam adhuc et oratio mea in beneplácitis eórum : absórpti sunt juncti petre júdices eórum.

8. Audient verba mea quóniam  
[69v.] potuérunt : sicut crassitúdo terre  
erúpta est super terram.

9. Dissipáta sunt ossa nostra secus  
infénum : quia ad te Dómine  
Dómine óculi mei, in te sperávi non  
áuferas ánimam meam.

10. Custódi me a láqueo quem  
statuérunt michi : et ab scándalis ope-  
rántium iniquitátem.

11. Cadent in retiáculo ejus pecca-  
tóres : singuláriter sum ego donec  
tránseam.

Glória Patri.

*Deinde dicat sacerdos. Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**omine Deus salvátor noster qui  
es vera salus et medicína : a quo  
dic omnis sánitas et omne medica-  
ménatum venit : quique nos apóstoli  
tui Jacóbi documénto instruxísti : ut  
languéntes ólei liquóre orántes tan-  
gerémus : résponce propícius super  
hunc fámulum tuum *N.* quem lan-  
guor crúciat ad éxitum et vírium  
deféctus protráhit ad occsum : medéla  
grátie tue restítuat castigátum. Ex-  
tingue in eo clementíssime Deus  
ómniū fíbrium estus : dolórum  
stímulos : et cunctórum languorum  
cruciátus. Víscerum quoque et secre-  
tórum intérna medicína : atque me-

dullárum discrímina sana. Compá-  
gum étiam et áctuum dele cicatríces  
véteres : et acérbas compésce passi-  
ónes : reformétur in eo carnis ac  
sánguinis quam créasti perfécta ma-  
téries : sicque illum júgiter tua  
custódiat píetas : ut nec ad corrup-  
tionem aliquándo sánitas, nec ad  
perditionem perdúcat infirmitas : sed  
fiat illi hec sacra ólei perúnctio  
cóncita morbi preséntis et languoris  
expúlsio : et peccatórum ómnium  
exoptáta remíssio. Per te salvátor  
mundi. Qui cum Deo Patre et Spíritu  
Sancto vivis et regnas<sup>389</sup> Deus. Per  
ómnia séculórum. Amen.

<sup>390</sup>Facta unctione ut predictum est expediens erit ut sacerdos ante communionem inquirat ab infírmo an aliqua alia peccata sibi ad memoriam occurrant de quibis non erat confessus : nam posset esse quod per preces et devotas orationes sacerdotis sive aliorum Deus cor infirmi illustraret et daret ei gratiam verius et plenius confitendi. Et postea interroget eum sacerdos si recognoscat corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi sic dicendo.

Frater credis quod sacraméntum quod tractátur in altári sub forma panis est

verum corpus et sanguis Dómini nostri Jesu Christi ?

*Respondeat infirmus. Credo.*

*Deinde communicetur infirmus nisi prius communicatus fuerit : et nisi de vomitu vel alia irreverentia probabiliter timeatur : in quo casu dicat sacerdos infirmo.*

Frater in hoc casu sufficit tibi vera fides et bona volúntas : tantum crede et manducásti.

*Et nota quod sacerdos in infirmis communcandis stola induetur.<sup>391</sup>*

*Unde communicans sacerdos infirmum dicat.*

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat corpus tuum et ániam tuam in vitam etérnam. Amen.

*Deinde dicat sacerdos sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus. orationem [70r.] sequentem : que non dicatur nisi tantum quando infirmus communicatur.*

*Oratio.*

**D**omine sancte Pater omnípotens  
etérne Deus te fidéliter depre-  
cámur : ut accípiet huic fratri nostro  
N. sacrosánctum corpus et ságuinem

Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi,  
tam córporis quam ánime sit salus  
amen.

*Deinde sequatur psalmus. (cxlv.)*

**L**AUDA ánima mea Dóminum :  
laudábo Dóminum in vita mea,  
psallam Deo meo quándiu fúero.

2. Nolíte confidere in princípibus :  
in fíliis hóminum in quibus non est  
salus.

3. Exíbit spíritus ejus et revertétur  
in terram suam : in illa die períbunt  
omnes cogitatiónes eórum.

4. Beátus cujus Deus Jacob adjútor  
ejus spes ejus in Dómino Deo ipsíus :  
qui fecit celum et terram, mare et  
ómnia que in eis sunt.

5. Qui custódit veritátem in sécu-

lum : facit judícum injúriam pati-  
éntibus, dat escam esuriéntibus.

6. Dóminus solvit compedítos :  
Dóminus illúminat cecos.

7. Dóminus érigit elíos : Dóminus  
diligit justos.

8. Dóminus custódit ádvenas pu-  
líllum et víduam suscípet : et vias  
peccatórum dispérdet.

9. Regnábit Dóminus in sécula :  
Deus tuus Syon, in generatióne et  
generatióнем.

Glória Patri.

[Sicut erat.]<sup>392</sup>

*Quo finito dicat sacerdos Orémus.*

*Oratio.*

**D**EUS qui peccatóres et scélerum ónere vulnerátos sacerdótibus tuis osténdere jussísti : Deus qui discípulis tuis manus super infírmos ut bene habérent pónere prcecépisti, Deus qui per apostolórum manus infírmos sacro óleo úngere : et pro eis oráre docuísti, Deus qui per imposítionem mánum sacerdótum cum sancti nóminis tui invocátiōne peccáta relaxáre voluísti : exáudi<sup>393</sup> oratiōnes nostraras : et da huic fámulo tuo N. infirmitátis noxa oppréssō, per hoc sacrosánctum mystérium quod nos

indígnos fámulos tuos ágere voluísti, remissióne ómnium peccatórum : quátinus per hanc sacráti ólei unciónem, córporis et sanguinis tui susceptiōnem, atque manus nostre impositiōnem : cuncta ei facinóra Spíritus grácia relaxéntur : sánitas ánime et córporis restituátur : ut non ei plus nóceat consciéntie reáitus ad penam : quam indulgéntia tue pietátis ad emendatiōnem prosit et véniam : te concedénte salvátor mundi. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte ejusdem. *&c.*

*Deinde benedicat sacerdos infirmum dicens sic.*

Benedicat ✕ te Pater qui in princípio cuncta creávit. *R.* Amen. *Et sic respondeatur ad singulas benedictiones.*

Sanet te Dei Fílius. Amen.

Illúminet te Spíritus Sanctus. Amen.

Corpus tuum custódiat. Amen.

Animam tuam salvet. Amen.

Cor tuum irrádiet. Amen.

Sensem tuum dírigat : et ad supérnam pátriam te perdúcat qui in Trinitáte [70v.] perfécta vivit et regnat Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.

*Alia benedictio.*

Bene ✕ dícat te Deus celi. Amen.

Adjuvet te Christus Fílius Dei. Amen.

Corpus tuum in suo sancto servítio custódiri et conservári fáciat. Amen.

Mentem tuam illúminet. Amen.

Sensem tuum custódiat. Amen.

Grátiam suam ad proféctum ánime tue in te áugeat. Amen.

Ab omni malo te líberet. Amen.

Omnia peccáta tua déleat. Amen.

Déxtera sua te deféndat. Amen.

Qui sanctos suos semper ádujvat ipse te adjuváre et conserváre dignétur. Qui vivit et regnat<sup>394</sup> Deus. Per ómnia séculórum. Amen.

*Alia benedictio.*

Bene ✕ dícat te Deus Pater qui in princípio cuncta creávit. Amen.

Bene ✕ dícat te Dei Fílius qui de supérnis sédibus pro nobis salvándis descéndit : et crucem subíre non recusávit. Amen.

Bene ✕ dícat te Spíritus Sanctus qui in similitúdine colúmbe in flúmine Jordánis in Christo requiévit. Amen.

Ipséque te in Trinitáte sanctíficet quem omnes gentes ventúrum expéctant ad judícium. Qui cum Deo Patre et eódem Spíritu Sancto. Amen.

*Finito hoc officio convenienter dici poterunt ab infirmo languente in extremis si placeat orationes subscripte vel earum aliique, videlicet psalmus. Miserére. j. (l.) 184. Item psalmus. Deus in nómine tuo. (lij.) 200. Item V. Súscipe me secúndum elóquium tuum et vivam : et non confúndas me ab expectatióne mea. Et que est expectatió mea ? nonne Dóminus ? vel sic. Dómine Jesu Christe súscipe ániam meam. Item. Deus propícius esto michi peccatóri. Item V. In manus tuas Dómine comméndo spíritum meum : redemísti me Dómine Deus veritatis. Item V. Delicta juventútis mee : et ignorántias ne memíneris. Item V. Ab occúltis meis munda me Dómine. Item V. Ne projicias me Dómine in témpore senectútis : cum defécerit virtus mea ne derelínquas me.<sup>395</sup>*

¶ *Sciendum es autem quod non licet alicui ministrare sacramentum uncionis extreme nisi tantum sacerdoti, unde si aliquis non sacerdos attentaret hoc facere nichil facheret consecratio.*

¶ *Loca vero ungenda sunt supradicta et non alia nisi in mutilatis : in quibus debent inungi loca magis propinqua. Et notandum est quod si sacerdos jam aliquibus partibus inunctis aliis restantibus ad ungendum defecerit : partes cum uncte non sint iterato ungende : sed que restant unctiones ungende per sacerdotem alium compleantur.*

¶ Potest enim sacerdos uno clero presente infirmum inungere : et etiam sine clero in necessitatibus articulo.

¶ Moneant frequenter sacerdotes parochianos suos quod omnes xiiij. annorum et amplius se exhibeant ad sacramentum unctionis extreme suscipiendum : quando metus mortis iminet.

[71r.] ¶ Doceat etiam eos quod hoc sacramentum licite potest iterari sine aliqua sui injuria : unde quotiens homo convaluerit et nova infirmitas iterato supervenerit ex qua fuerit metus mortis : potest idem homo in unaquaque hujusmodi infirmitate ungi.

¶ In eadem quoque infirmitate hoc sacramentum iterari potest : nam in egritudine diuturna debet fieri quando videtur deducere ad mortem. Et si illum articulum evadat eadem infirmitate durante etiam postea ad statum similem reducatur, iterum potest inungi quia alius est infirmitatis status licet sit eadem infirmitas : ei si quis post hoc sacramentum convaluerit, nichilominus ad opus conjugale : et ad omne opus honestum licite potest reverti.

¶ Hoc sacramentum non est conferendum euntibus ad bellum vel duellum : peregrinis aut navigantibus : vel hiis qui statim occidendi sunt.

¶ Similiter pueri frenetici furiosi vel aliqui alii hujusmodi alienationem mentis patientes, eo quod debitam discretionem devotionis et vere penitentie non habeant : ad hoc sacramentum non admittantur : nisi forte ipsi frenetici, furiosi, vel amentes in sana mente constituti hoc sacramentum petierunt vel alia sante hujusmodi passionem seu mentis alienationem de sua salute fuerint solliciti : tunc nichilominus consultetur hoc sacramentum eis fiducialiter ministrari. In constitutione Lambeth P[echam] capitulo ultimo.<sup>396</sup>

¶ Nota quod tempore interdicti non debet conferri sacramentum unctionis extreme nec alia sacramenta, excepti baptismo, confirmatione, penitentia, et viatico existentibus in articulo mortis tantum conferendo.

## [*Commendatio anime in articulo mortis.*]

**C**um vero anima in exitu seu dissolutione corporis visa fuerit laborare percutiatur tabula minute et acriter : et tunc omnes clerici cum summa velocitate accurrant et dicant Credo in unum. Require in missa sponsali. 112.

Deinde dicant vij. psalmos penitentiales cum Glória Patri. ut supra. 182.

Quibus dictis : subjugatur hoc capitulum.

<b>P</b> Arce Dómine parce fámulo tuo quem redímere dignátus es pre-	cióso sanguine tuo ne in etérnum irascáris ei.
--	--

*Hoc captiulum dicatur tribus vicibus tam a sacerdote quam a toto conventu, ita tamen quod sacerdos prius dicat : et conventus repetat. Deinde dicatur sequens letania sine nota hoc modo.*

<b>P</b> Ater de celis Deus : miserére ánime fámuli tui.	Omnes sancti patriárche et prophéte, intercéde pro ánima ejus.
--	--

Fili redémptor mundi Deus : miserére ánime fámuli tui.	Sancte Petre, intercéde.
--	--------------------------

Spíritus Sancte Deus : miserére ánime fámuli tui.	Sancte Paule, intercéde.
---	--------------------------

Sancta Trínitas unus Deus : miserére.	Sancte Andréa, intercéde.
---------------------------------------	---------------------------

Sancte sanctórum Deus : miserére.	Sancte Matthee, intercéde.
-----------------------------------	----------------------------

Qui es trinus et unus Deus : miserére.	Sancte Thoma, intercéde. <sup>397</sup>
--	---

Sancta María, intercéde pro ánima ejus.	Sancte Jacóbe, intercéde. [71v.]
--	----------------------------------

Sancta Dei genítrix, intercéde.	Sancte Johánnes, intercéde.
---------------------------------	-----------------------------

Sancta Virgo vírginum, intercéde.	Sancte Philippe, [intercéde.] <sup>398</sup>
-----------------------------------	--

Sancte Míchael, intercéde.	Sancte Jacóbe, intercéde.
----------------------------	---------------------------

Sancte Gábriel, intercéde.	Sancte Bartholomée, intercéde.
----------------------------	--------------------------------

Sancte Ráphael, intercéde.	Sancte Simon, intercéde.
----------------------------	--------------------------

Omnes sancti ángeli et archángeli, intercéde pro ánima ejus.	Sancte Juda, intercéde.
--	-------------------------

Omnes sancti bonórum spirítuum órdines, intercéde pro ánima ejus.	Sancte Mathía, intercéde.
---	---------------------------

Sancte Johánnes Baptista, intércede.	Sancte Marce, intercéde.
--------------------------------------	--------------------------

Sancte Luca, intercéde.	Sancte Bárnaba, intercéde.
-------------------------	----------------------------

Omnes sancti apóstoli et evangelíste, intercéde pro anima ejus.	Omnes sancti discípuli et innocéntes,
---	---------------------------------------

Sancte Marce, intercéde.	Sancte Marce, intercéde.
--------------------------	--------------------------

Sancte Luca, intercéde.	Sancte Bárnaba, intercéde.
-------------------------	----------------------------

Omnes sancti apóstoli et evangelíste, intercéde pro anima ejus.	Omnes sancti discípuli et innocéntes,
---	---------------------------------------

Commendatio anime in articulo mortis.

---

	intercérite.		Sancte Hierónime,	intercéde.
Sancte Stéphane,	intercéde.		Sancte Augustine,	intercéde.
Sancte Line,	intercéde.		Sancte Bírine,	intercéde.
Sancte Clete,	intercéde.		Sancte Swíthune, <sup>400</sup>	intercéde.
Sancte Clemens,	intercéde.		Sancte Ethelwólde, <sup>401</sup>	intercéde.
Sancte Cornéli,	intercéde.		Sancte Dúnstane,	intercéde.
Sancte Laurénti,	intercéde.		Sancte Cuthbérte,	intercéde.
Sancte Sixte,	intercéde.		Sancte Leonárde,	intercéde.
Sancte Vincénti,	intercéde.		Sancte Egidi,	intercéde.
Sancte Geórgi,	intercéde.		Omnes sancti confessóres,	intercérite.
Sancte Fabiáne,	intercéde.		Omnes sancti monáchi et heremíte,	
Sancte Sebastiáne,	intercéde.			intercérite.
Sancte Albáne,	intercéde.		Sancta Maía Magdaléna,	
Sancte Edmúnde,	intercéde.			intercéde pro áнима ejus.
Sancte Blasi,	intercéde.		Sancta María Egyptíaca,	
Sancte Dyonísi cum sóciis tuis,	intercérite.			intercéde pro áнима ejus.
Sancte Eustáchi cum sóciis tuis,	intercérite.		Sancta Felícitas,	intercéde.
Sancte Gervásí,	intercéde.		Sancta Perpétua,	intercéde.
Sancte Protási,	intercéde.		Sancta Cecília,	intercéde.
Sancte Cosma,	intercéde.		Sancta Lúcia,	intercéde.
Sancte Damiáne,	intercéde.		Sancta Agatha,	intercéde.
<sup>399</sup> Sancti Johánnes et Paule,	intercérite.		Sancta Agnes,	intercéde.
Sancti Críspine et Crispiniáne,	intercérite pro áнима ejus.		Sancta Fides,	intercéde.
Omnes sancti mártires,	intercérite.		Sancta Katherína,	intercéde.
Sancte Benedícte,	intercéde.		Sancta Scolástica,	intercéde.
Sancte Silvéster,	intercéde.		Sancta Juliána,	intercéde.
Sancte Nicoláe,	intercéde.		Sancta Margaréta,	intercéde.
Sancte Mártine,	intercéde.		Sancta Anastásia,	intercéde.
Sancte Hýlari,	intercéde.		Sancta Petronlla,	intercéde.
Sancte Ambrósi,	intercéde.		Sancta Edítha,	intercéde.
			Sancta Brigída,	intercéde.
			Omnes sancti vírgines,	[72r.]
			intercérite pro áнима ejus.	
			Omnes Sancti,	

Commendatio anime in articulo mortis.

---

intercéde pro áima ejus.  
Propícius esto parce et dimítte ei  
ómnia peccáta sua Dómine.  
Ab omni malo : líbera et defénde  
ánimam ejus Dómine.  
Ab hoste iníquo : líbera et défende  
ánimam ejus Dómine.  
Ab insídiis et láqueis dyáboli : líbera  
et defénde ánimam ejus Dómine.  
Ab incúrsu malignórum spirítuum :  
  líbera.  
A timóre inimicórum :                      líbera.  
Ab ira tua :                                  líbera.  
A damnatione perpétua :                      líbera.  
A penis inférni :                              líbera.  
A perículo mortis :                              líbera.  
A póndere peccatórum :                        líbera.  
Per imménsam pietátem tuam :  
  líbera.  
Per mystérium sancte incarnationis  
tue :    líbera.  
Per sanctam circumcisiónem tuam :  
  líbera.  
Per sanctam apparitiónem tuam :  
  líbera.  
Per baptísmum tuum :                              líbera.  
Per jejúnium tuum :                                líbera.  
Per passiónem et crucem tuam :  
  líbera.  
Per piíssimam mortem tuam :                      líbera.  
Per gloriósam resurrectiónem tuam :  
  líbera.  
Per admirábilem ascenciónem<sup>402</sup> tuam :  
  líbera.

Per advéntum Sancti Spíritus Parácliti :  
  líbera.  
Per intercessiónem ómnium sanctó-  
rum tuorum :                                      líbera.  
In die judícií : líbera et defénde áni-  
  mam ejus Dómine.  
Peccatóres : te rogámus audi nos.  
Ut ánimam fámuli tui de princípibus  
tenebrárum et de locis penárum li-  
berare dignéris :                    te rogámus.  
Ut eam ab inferórum cruciátibus li-  
berare dignéris :                    te rogámus.  
Ut cuncta ejus peccáta oblivióni  
perpétue tradére dignéris :  
  te rogámus.  
Ut ei omnes lúbrice temeritatis of-  
fensas dimíttere dignéris :  
  te rogámus.  
Ut delícta juventútis ejus et igno-  
rántias non reminiscáris :  
  te rogámus.  
Ut quicquid viciórum fallénte dyábolo  
et própria iniquitaté atque fragilitáte  
contráxit cleménter indulgére dig-  
nérис :    te rogámus.  
Ut eum in pacis ac lucis régione  
constituére<sup>403</sup> dignéris :  
  te rogámus audi nos.  
Ut ei gáudium et exultatiónem in  
regno tuo cum sanctis et eléctis tuis  
donáre dignéris :                    te rogámus.  
Ut nos exaudíre dignéris :  
  te rogámus, audi nos.  
Fili Dei :    te rogámus audi nos.

Commendatio anime in articulo mortis.

---

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi :  
miserére ánime ejus.

Christe Jesu : miserére ánime ejus.

Agnus Dei qui tollis peccáta mundi :

**P**Ropiciáre ánima Christiána de  
hoc mundo : in nómine Dei  
Patris omnipoténtis qui te créavit  
amen.

In nómine Jesu Christi Fílii ejus qui  
pro te passus est amen.

In nómine Spíritus Sancti qui in te  
effúsus est amen.

In nómine angelórum et archan-  
gelórum amen.

In nómine thronórum et domi-  
nationum amen.

In nómine principátuum et potes-  
tatum et ómnium celéstium virtútum  
amen.

In nómine chérubin et séraphin

Orémus.

**S**Uscipe ítaque Dómine servum  
tuum : in bonam et lúcidam  
habitaculum tuum amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui ex  
ómnibus periculis infernórum et de  
locis penárum et de ómnibus dolóribis  
tribulatiónum. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui  
sicut liberásti Enoch e Elíam de  
mortem commúni amen.

dona ei pacem eternámque felici-  
tátem et glóriam sempitérnam  
amen.

amen.

In nómine patriarchárum et pro-  
phetárum amen.

In nómine apostolórum et márti-  
rum amen.

In nómine confessórum et epis-  
copórum amen.

In nómine sacerdótum et levitárum  
et ómnium ecclésie cathólice grá- [72v.]  
duum, amen.

In nómine monachórum et ana-  
choritárum, amen.

In nómine vírginum et fidélium  
viduárum hódie in pace locus tuus fiat  
et habitatio tua in celésti Hierúsalem,  
amen.

*Oratio.*

Líbera Dómine ánimam servi tui  
sicut liberásti Loth de Sodómis et de  
flamma ignis, amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui  
sicut liberásti Ysaac de manu patris  
sui Abrahe. Amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui  
sicut liberásti Móysen de Pharaónis,  
amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui

Commendatio anime in articulo mortis.

---

sicut liberásti Job de passióibus suis amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui sicut liberásti David de manu Gólie et de manu Saul regis amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui sicut liberásti Daniélem de lacu leónum, amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui sicut liberásti tres púeros de camíno ignis ardéntis, amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui sicut liberasti Susánnam de falso crímine, amen.

Líbera Dómine ánimam servi tui sicut liberásti Petrum et Paulum de vínculis amen.

Sicut liberásti sanctos servos tuos de torméntis sic liberáre dignérís ánimam servi tui de gehénne incéndiis et ab ómnibus angústiis. Amen.

[*Commendatio animarum.*]

**C** Sequatur commendatio animarum, 275. et dicatur in camera vel in aula sine nota juxta corpus, et omnia subsequenter similiter usque ad processionem ad hominem mortuum suscipiendum.

*Post commendationem sequatur.*

Rylands-24:452.

Resp.  
II.

7716.

Ubve-ní-te \* Sancti De- i,      occúrri- te án-  
ge- li      Dómi- ni      susci-pi- éntes á- nimam e-jus. †Offe-  
réntes e- am      in conspéc-tu Al-      tíssi- mi.      V. Su-cí-  
pi- at te Christus      qui vo-cá-vit te :      et in si-nu  
Abra-he ánge-li de-dú- cant te.      †Offe-réntes.

*Sequatur oratio sine Dóminus vobíscum et sine Orémus.*

*Oratio.*

**T**ibi Dómine commendámus  
ánimam fámuli tui<sup>404</sup> N. ut  
defúnctus século tibi vivat : et que per  
fragilitátem mundáne conversatiónis

peccáta admísit, tu vénia misericor-  
díssime pietátis abstérge. Per eúndem  
Christum Dóminum nostrum.  
Amen.

Orémus.

*Oratio.*

**A**Isericordiam tuam Dómine  
sancte Pater omnípotens etérne  
Deus pietatis afféctu rogáre pro áliis  
cógimur : qui pro nostris supplicáre  
peccátis nequáquam sufficimus. Ta-  
men de tua confisi gratúita pietáte  
inoblíta benignitáte cleméntiam tuam  
depóscimus : ut ánimam fámuli tui *N.*  
ad te reverténtem cum pietáte sus-  
cípias. Assit ei ángelus testaménti tui  
[73r.] Míchael, et per manus sanctórum  
angelórum tuórum in sinu Abrahe

partiárche tui eam collocáre dignéris :  
quátenus liberáta de princípibus tene-  
brárum et de locis penárum, nullis  
jam priméve nativitátis vel ignorántie  
aut próprie iniquitátis seu fragilitátis  
confundátur erróribus : sed pótius  
agnoscátur a tuis et sancte beatíudinis  
réquie perfruátur, atque cum magni  
judíciis dies avénerit : inter sanctos et  
électos tuos aggregáta, glória mani-  
feste contemplatiónis tue perpétuo  
satiétur. Per Christum.

Rylands-24:453.

Ant.

VII.ii.



Uscí-pi- at te \* Chris-tus qui vo-cá-vit te : et in

5092.

si-nu Abra-he ánge-li de-cú-cant te. *Ps. In éxitu. (cxij.) 311.*

*Totus psalmus dicitur sine Glória Patri. ut inferius patebit, scilicet in officio sepulture.*

*Quo finito dicat sacerdos Dóminus vobíscum. et Orémus.*

*Oratio.*

**D**Mnípotens sempitérne Deus,  
qui humáno córpori ánimam ad  
similitúdinem tuam inspiráre dignátus  
es : dum te jubénte pulvis in púl-  
verem revértitur : tu imáginem tuam  
cum sanctis et éléctis tuis etérnis

sédibus precípias sociári : eámque ad  
te reverténtem de Egýpti pártibus  
blande lenitérque suscípias : et ánge-  
los tuos sancto ei óbviam mittas :  
viámque illi justície demónstra : et  
portas glórie tue illi áperi. Repélle

quésumus ab ea omnes príncipes tenebrárum : et agnósce depósum fidéle quod tuum est. Súscipe Dómine creatúram tuam non ex diis aliénis creátam sed a te solo Deo vivo et vero : quia non est álius Deus preter te Dómine : et non est secún-dum ópera tua. Letífica cle-mentís-sime Pater ániam servi tui *N.* et clarífica eam in multitúdine mi-

sericórdie tue. Ne memíneris qué-sumus iniquitátum ejus antiquárum et ebrietátum quas suscitávit fervor mali desidérii : licet enim peccáverit tamen te non negávit : sed signo fidei insignítus te qui ómnia et eum inter ómnia fecísti fidéliter adorávit. Qui vivis et regnas Deus. Per ómnia séculórum. Amen.

*Ant.* Chorus angelórum.

*Psalmus.* (cxiiij.)

**D**Iléxi : quóniam exáudiet Dóminus vocem oratiónis mee.

2. Quia inclinávit aurem suam mi-chi : et in diébus meis invocábo.
3. Circundedérunt me dolóres mortis : et perícula inférni invenérunt me.
4. Tribulatióne et dolórem invéni : et nomen Dómini invocávi.
5. O Dómine líbera ániam meam miséricors Dóminus et justus : et Deus noster miserétur.

6. Custódiens párvulos Dóminus : humiliátus sum et liberávit me.

7. Convrétere ánima mea in ré-quietum tuam : quia Dóminus benefécit tibi.

8. Quia erípuit ániam meam de morte : óculos meos a láchrymis, pedes meos a lapsu.

9. Placébo Dómino : in régione vi-vórum.

*Psalmus.* (cxv.)

**C**Rédidi propter quod locútus sum : ego autem humiliátus sum nimis.

- [73v.] 2. Ego dixi in excéssu meo : Omnis homo mendax.
3. Quid retríbuam Dómino : pro ómnibus que retríbuit michi.

4. Cálicem salutáris accípiam : et nomen Dómini invocábo.

5. Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo ejus : preciosa in con-spéctu Dómini, mors sanctórum ejus.

6. O Dómine quia ego servus tuus : ego servus tuus et filius ancílle tue.

7. Dirupísti víncula mea : tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

8. Vota mea Dómino reddam in

conspéctu omnis pópuli ejus : in átriis domus Dómini, in médio tui Hierúsalem.

*Psalmus cxvij.*

**L**AUDÁTE DÓMINUM OMNES GEN-

TES : LAUDÁTE EUM OMNES PÓPULI.

2. QUÓNAM CONFIRMÁTA EST SUPER

NOS MISERICÓRDIA EJUS : ET VÉRITAS DÓMINI MANET IN ETÉRNUM.

*Psalmus cxvij.*

**C**ONFITÉMINI DÓMINO QUÓNAM BONUS : QUÓNAM IN SÉCULUM MISERICÓRDIA EJUS.

2. DICAT NUNC ISRAEL QUÓNAM BONUS : QUÓNAM IN SÉCULUM MISERICÓRDIA EJUS.

3. DICAT NUNC DOMUS AARON : QUÓNAM IN SÉCULUM MISERICÓRDIA EJUS.

4. DICANT NUNC QUI TIMENT DÓMINUM : QUÓNAM IN SÉCULUM MISERICÓRDIA EJUS.

5. DE TRIBULATIÓNÉ INVOCÁVI DÓMINUM : ET EXAUDÍVIT ME IN LATITÚDINE DÓMINUS.

6. DÓMINUS MICHÍ ADJÚTOR : NON TI-MÉBO QUID FÁCIAT MICHÍ HOMO.

7. DÓMINUS MICHÍ ADJÚTOR : ET EGÓ DESPÍCIAM INIMÍCOS MEOS.

8. BONUM EST CONFIDERE IN DÓMINO : QUAM CONFIDERE IN HÓMINE.

9. BONUM EST SPERÁRE IN DÓMINO : QUAM SPERÁRE IN PRINCÍPIBUS.

10. OMNES GENTES CIRCUIÉRUNT ME :

ET IN NÓMINE DÓMINI QUIA ULTUS SUM IN EOS.

11. CIRCUNDÁNTES CIRCUNDEDÉRUNT ME : ET IN NÓMINE DÓMINI QUIA ULTUS SUM IN EOS.

12. CIRCUNDEDÉRUNT ME SICUT APES ET EXARSÉRUNT SICUT IGNIS IN SPINIS : ET IN NÓMINE DÓMINI QUIA ULTUS SUM IN EOS.

13. IMPÚLSUS EVÉRSUS SUM UT CÁDEREM : ET DÓMINUS SUSCÉPIT ME.

14. FORTITÚDO MEA ET LAUS MEA DÓMINUS : ET FACTUS EST MICHÍ IN SALÚTEM.

15. VOX EXULTATIÓNIS ET SALÚTIS : IN TABERNÁCULIS JUSTÓRUM.

16. DÉXTERA DÓMINI FECIT VIRTÚTEM, DÉXTERA DÓMINI EXALTÁVIT ME : DÉXTERA DÓMINI FECIT VIRTÚTEM.

17. NON MÓRIAR SED VIVAM : ET NARRÁBO ÓPERA DÓMINI.

18. CASTÍGANS CASTIGÁVIT ME DÓMINUS : ET MORTI NON TRÁDIDIT ME.

19. Apérите michi portas justicie, et ingrēssus in eas confitébor Dómino : hec porta Dómini justi intrábunt in eam.

20. Confitébor tibi quóniam exaudísti me : et factus es michi in salútem.

21. Lápidem quem reprobavérunt edificántes : hic factus est in caput ánguli.

22. A Dómino factum est istud : et est mirábile in óculis nostris.

23. Hec est dies quam fecit Dóminus : exultémus et letémur in ea.

24. O Dómine salvum me fac, o

Dómine bene prosperáre : benedíctus qui venit in nómine Dómini.

25. Benedíximus vobis de domo Dómini : Deus Dóminus et illúxit nobis.

26. Constitúite diem solémnem in condénsis : usque ad cornu altáris. [74r.]

27. Deus meus es tu et confitébor tibi : Deus meus es tu et exaltábo te.

28. Confitébor tibi quóniam exaudísti me : et factus es michi in salútem.

29. Confitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus.

*Psalmus.* Beáti immaculáti. *usque ad* Ad Dóminum cum tribulárer. *sine* Glória Patri. (cxvij.) 276.

*Finitis psalmis incipiatur antiphona.* Chorus angelórum te suscípiat et in sinu Abrahe cóllocet te<sup>405</sup> : ut cum Lázaro quandam páupere etérnam hábeas réquiem.

*Qua finita dicat sacerdos Orémus.*

*Oratio.*

**D**ixi vúlneris novitáte percússi et quómodo córdibus sauciáti, misericórdiam tuam mundi Redémp- tor flebílibus vócibus implorámus : ut cari nostri N. ánimam ad tuam cleméntiam qui fons es pietatis<sup>406</sup> reverténtem blande lenitérque suscipias : et si quas illa ex carnáli commertióne extráxit máculas, tu

Deus solita bonitáte cleménter déleas : pie indúlgeas : oblívioni imperpéatum tradas : atque hanc laudem tibi cum céteris redditúram et ad corpus pró- prium quandóque reversúram, sanctórum tuórum céribus aggregári pre- cípias. Qui cum Deo Patre et Spíitu Sancto vivis.

*Hic roget sacerdos orare pro eo ita dicens.*

Pro ánima N. et pro animábus ómnium fidélium defunctórum.

Pater noster. [*privatum.*]

[*V.*] Et ne nos [inducas in tentacionem.]

[*R.*] Sed libera [nos a malo.]

[*V.*] Réquiem eternam dona ei Dómine.

[*R.*] Et lux perpetua luceat ei.

[*V.*] A porta inferi.

[*R.*] Erue Dómine áimas eorum.

[*V.*] Non intres in judicium cum servo tuo Dómine.

[*R.*] Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.

[*V.*] Dóminus vobiscum.

[*R.*] Et cum spíitu tuo.

[*V.*] Orémus.

*Oratio.*

**P**artem beate resurrectio-  
nis op-  
tineat vitamque eternant mere-  
atur habere in celis. Per te Salvátor

mundi qui cum Patre et Spíitu  
Sancto vivis et regnas Deus per ómnia  
sécula seculórum. Amen.

Orémus.

*Oratio.]*

**D**eus cui soli cōpetit medi-  
cínam prestare post mortem  
tríbue quēsumus ut áima fámuli tui

N. terrénis exúta contagiis, in tue  
redemptio-  
nis parte numerétur.

*Oratio.]*

**A**bsolve quēsumus Dómine áni-  
mam fámuli tui N. et áimas  
ómnium fidélium defunctórum ab  
omni vínculo delictórum : ut in

resurrectio-  
nis glória inter sanctos et  
eléctos tuos resuscitati respírent. Per  
Christum.

*Deinde si corpus regis inuncti fuerit qui migravit ex hoc seculo : primo a suis cubiculariis corpus ejusdem aqua calida sive tepida lavetur. Deinde balsamo cum aromatibus ungatur per totum et poste in panno lineo cerato involvatur, ita tamen quod facies et barba illius tantum pateant : et circa manus et digitos ipsius dictus pannus ceratus ita sit dispositus : ut quilibet digitus cum pollice utriusque manus singulatim insuatur per se, ac si manus ejus chirothecis lineis essent cooperte.*

**C** Deinde corpus induatur tunica usque ad talos longa : et desuper pallio regali adornetur. Barba vero ipsius decenter componatur super pectus illius : et postmodum [74v.] caput cum facie ipsius sudario serico cooperiatur : ac deinde corona regia aut diadema capiti ejusdem apponatur. Postea induantur manus ejus chirothecis cum aurofragis ornatis et in medio digito dextre manus imponatur annulus aureus aut deauratus : et in dextra manu sua pila rotunda, deaurata, in qua virga deaurata sit fixa a manu ipsius usque ad pectus protensa : in cuius virge summittate sit signum Dominice crucis : quod super pectus ejusdem principis honeste debet collocari. In sinistra vero manu sceptrum deauratum habeat usque ad aurem sinistram protensem : ac postremo tibie et pedes ipsius caligis sericis et sandaliis induantur.

**C** Deinde dictus princeps ita adornatus cum regni sui pontificibus et magnatibus cum omni reverentia et exequiis regalibus honestissime tradatur sepulture.

Si vero corpus alterius fuerit, tunc tantum lavetur corpus aqua tepida vel calida si placeat : et postea linteamine mundo honeste involvatur : et in feretro locetur<sup>407</sup> : clericus interim dicentibus vesperas de die et de sancta Maria et postea vigilias mortuorum ut infra patebit.

Quibus dictis, dicantur sine nota psalmi sequentes, videlicet

Ps. Verba mea. (v.) 242.

Ps. Dómine ne in furóre. j. (vj.) quere hos psalmos infra in vigilia mortuorum in j. nocturno. 243.

Ps. Diléxi. (cxiv.) 215.

Ps. Crédidi propter. (cxv.) quere ut supra. 216.

Ps. De profúndis. (cxxix.) 235.

Ps. Voce mea. ij. (cxlj.) quere infra post laudes mortuorum. 275.

Quibus finitis dicatur antiphona, Réquiem etérnam dona eis Dómine : et lux perpétua lúceat eis.

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [privatim.]

[X.] Et ne nos [indúcas in tentatióne].

R.] Sed líbera [nos a malo].

X.] Réquiem etérnam dona eis Dómine :

[R.] Et lux perpétua lúceat eis.

[X.] A porta íferi.

[R.] Erue Dómine ánimas eórum.

[V.] Non intres in judícum.

[R.] Quia non justificábitur.

[V.] Dóminus vobiscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**S**uscipe Dómine ánimam fámuli tui N. ad te reverténtem veste quoque celésti índue eam : et lava eam sancto fonte vite éterne : ut inter gaudéntes gáudeat : et inter sapiéntes sápiat : et inter mártires coronáti incédat : et inter patriárchas et prophétas proficiat : et inter apóstolos Christum sequi stúdeat : et inter ángelos et archángelos claritátem Dei vídeat : et inter paradísi rútilos lápides gáudium Dei possídeat : noticiámque

mystérium Dei agnóscat : et inter chérubin et séraphin claritátem Dei vídeat : et inter vigínti quáttuor seníóres cántica canticórum áudiat : et inter lavántes stolas suas in fonte lúminis vestem lavet : et inter pulsantes portas celéstis Hierúsalem apértas repériat : et inter vidéntes Deum fácie ad fáciem vídeat : et inter cantantes cánticum novum cantet : et inter audiéntes celéstem sonum [75r.] áudiat. Per Christum Dóminum.

*Sequatur alia oratio.*

**S**uscipe Dómine ánimam fámuli tui N. quam de ergástulo hujus séculi vocáre dignátus es : et líbera eam de príncipibus tenebrárum et de locis penárum : ut absolúta omni

vínculo peccatórum quiétis ac lucis éterne beatitúdine perfruátur : et inter sanctos et eléctos tuos in resurrecciónis glória resuscitári mereátur. Qui cum Deo Patre. *et cetera.*

Anima ejus et áime ómnium fidélium defunctórum per misericórdiam Dei requiescant in pace. Amen.<sup>408</sup>

*Deinde deportetur corpus ad ecclesiam ibidem vel in cemeterio humandum. Quando deportari debet corpus defuncti ad ecclesiam, in primis sumat sacerdos spiculam et aspergat aquam benedictam super corpus exanime interim dicendo psalmum De profundis. (cxxix.) 235.*

*Quo dicto sequatur :*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatum.*]

[*V.*] Et ne nos [inducas in tentacionem.]

*R.* Sed libera nos a malo.

[*V.*] Réquiem eternam dona eis Dómine.

[*R.*] Et lux perpetua luceat eis.

[*V.*] A porta inferi.

[*R.*] Erue Dómine áimas eorum.

[*V.*] Credo videre [bona Dómini.]

*R.* In terra viventium.

[*V.*] Dóminus vobiscum.

[*R.*] Et cum spíitu tuo.

[*V.*] Orémus.<sup>409</sup>

*Oratio.* Inclina Dómine. 310. *et oratio.* Fidélium Deus omnium Cónditor. 288.

*et finiantur sub una conclusione sic :* Qui cum Deo Patre et Spíitu Sancto. *et cetera.*

[*V.*] Resquiéscant in pace.

[*R.*] Amen.

**C** Si vero fuerit corpus mortuum cum processione suscipiendum : tunc eodem modo ordinetur processio sicut in simplicibus dominicis, preter quod in hac processione sacerdos et ministri ejus in albis cum amictibus induti incedant : chorus autem in capis nigris quotidie. Et cum ad locum destinatum pervenerit processio : cadaver ipsum sacerdos aqua benedicta aspergat, et postea thurifaciet interim dicendo psalmum De profundis clamávi ad te. ut supra dictum est. 186.

**C** Deinde in redeundo dum deportatur corpus ad ecclesiam : cantetur sequens antiphona, cantore incipiente.<sup>410</sup>

1506:75r.

204784.

Ant.

I.



Ubve-ní- te

*Chorus prosequatur.*

Commendatio animarum.

\* sanc-ti De-i occúrri-te ánge-li Dó-mi-ni susci-pi-  
 én-tes á-nimam e-jus offe-rén-tes e-am con-  
 spéctu Al-tíssi-mi. *V.* Suscí-pi-at te Christus qui vo-  
 cávit te : et in si-nu Abra-he ánge-li de-dú-cant te.

*Repetatur antiphona Subveníte.*

*Deinde dicatur psalmus De profundis. (cxxix.) 235. et post unumquemque versum repetatur antiphona et postea si necesse fuerit dicatur eodem ordine psalmus In exitu. (cxiiij.) 311.*

*Deinde in introitu cemeterii vel citius inchoetur Rx. Líbera me Dómine. et dicatur cum hoc V. tantum Dies illa. require in Dírige. ante laudes. 261.*

*Nunquam [autem]<sup>411</sup> portetur corpus alicujus defuncti circa cemeterium : sed directe in ecclesiam et si corpus canonici vel alterius magnatis fuerit, in chorum deferatur : sin autem, extra chorum in ecclesia post orationem relinquatur.<sup>412</sup>*

**C** In introitu ecclesia dicitur hec antiphona cantore incipiente.

1506:75v.

Ant.

VII.i.



3226.

N pa-ra-dí-sum \* de-dú-cant te ánge-li in su-um

Commendatio animarum.

convén-tum : suscí-pi- ant te márty-res et perdu-cant te in  
 ci-vi-tá-tem sanctam Hie-rú-sa-lem. *X.* Réqui- em e-tér-

nam do-na e- is Dómi-ne : et lux perpé-tu-a lú-ce- at e- is.

*Repetatur antiphona In paradísum. qua finita sequatur.*

1506:75v; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-1531-P:52r.<sup>413</sup>

509501.



Y-ri- e-léyson. *R.* Christe-léyson. *X.* Ky-ri- e-  
 léyson.

*Deinde aspergat sacerdos aqua benedicta corpus defuncti et thurifacet : rogans astantes orare pro anima defuncti ita dicens.*

Pro ánima N. et pro animábus ómnium fidélium defunctórum.

Pater noster. [*privatim.*]

[*X.*] Et ne nos [indúcás in tentatióne].

*R.*] Sed líbera [nos a malo].

[*X.*] A porta íferi.

[*R.*] Erue Dómine ánimas eórum.

[*X.*] Non intres in judícium [cum servo tuo].

*R.*] Quia non justificábitur in conspéctu [tuo omnis vivens].

[*X.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

V.] Orémus.

*Oratio.*

**S**uscipe Dómine servum tuum in bonum habitáculum, et da ei réquiem in regno celéstis Hierúsalem : ut in sinu Abrahe patriárche tui collocátus resurrectiónis diem presto-

létur : et inter resurgéntes ad glóriam resúrgat : et cum benedíctis ad déxteram Dei veniéntibus véniat : et [76r.] cum possidéntibus vitam etérnam possídeat. Per Christum.

[V.] Anima ejus et ánime ómnium fidélium defunctórum per Dei misericórdiam in pace requiéscant.

[R.] Amen.

*Deinde dicantur solenniter vigilia mortuorum et postea completorium de die more solito.*

*Ubi<sup>414</sup> vero in die sepulture deportetur corpus ad ecclesiam, tunc immediate post predictam orationem Súscipe Dómine. dicatur commendatio animarum solenniter : ut infra post vigilias mortuorum patebit, et finito psalmo Dómine probásti. statim incipiatur missa pro defunctis.<sup>415</sup>*

*Deinde exeat sacerdos cum stola et aqua benedicta ad locum sepeliendus est mortuus : et signo cruce signet locum : et postea aspergat aqua benedicta.*

*Deinde accipiat sacerdos fossorium vel aliud instrumentum et aperiatur terram in modum crucis ad longitudinem et latitudinem corporis defuncti dicens,*

Apérите michi portas justicie, et ingréssus in eas confitébor Dómino hec porta Dómini justi intrábunt in eam.

## [*Vigilie mortuorum.*]

**D**icantur autem vigilie mortuorum quotidie cum missa in capitulo in crastino usque ad vigiliam nativitatis Domini nisi in festis ix. lectionum, et a crastino octavarum epiphanie usque ad iij. feriam ante pascha, et in ipsa iij. feria fiant vigilie mortuorum cum ix. lectionibus in conventu cum missa in crastino nisi aliquod duplum festum impedit: et tunc fiat predictum servitium in aliqua die precedente ipsius hebdomade que ad hoc vacaverit, videlicet in dominica vel in secunda feria, et sic compleatur servitium mortuorum usque ad octavas pasche, nisi corpus presens forte contigerit. Post octavas vero pasche non fit servitium mortuorum in conventu nisi corpus presens affuerit, vel dies anniversarius vel dies tricennalis contigerit, usque in crastinum sancte Trinitatis. In crastino autem sancte Trinitatis et abhinc quotidie fiant vigilie mortuorum usque ad adventum Domini nisi per octavas et in octavis assumptionis et nativitatis beate Marie et dedicationis ecclesie.

Canonico vero defuncto, statutum est triginta dierum in conventu obsequium fieri: et triginta psalteria separatim a quocumque presbitero cantari: reliquos<sup>416</sup> vero cujuscunque ordinis sint viginti psalteria cantare: et ab unoquoque in hebdomada sua privatim ejus anniversarium celebrare.

Impediuntur autem debite vigilie mortuorum per totum annum per festa duplia in primis et secundis vesperis nisi corpus presens affuerit: et in octava die epyphanie et in aliis octavis quando dicitur hymnus Salvátor mundi.

In omnibus etiam aliis festis ix. lectionum et in dominicis et in festis iij. lectionum et in octavis in quibus chorus regitur, in primis vesperis tantum. Similiter fiat in commemoratione beate Marie et sancti loci.

Fiant autem vigilie mortuorum cum ix. psalmis, ix. antiphonis, ix. lectionibus, [76v.] quandocunque corpus adest presens vel quando dies anniversarius vel dies tricennalis contigerit: nisi in tempore paschali.

In paschali vero tempore dicuntur<sup>417</sup> iij. psalmi et iij. lectiones cum tribus antiphonis super psalmos ante lectiones qualiscunque nocturnus dicitur: et omnes antiphone super psalmos ad vesperas scilicet ad Placébo. et omnes antiphone super psalmos in laudibus dicantur. Post octavas vero pasche in quacunque feria inchoetur officium mortuorum, incipiatur a primo nocturno et compleantur duo sequentes nocturni in eadem hebdamada si fieri potest: sive autem fieri potest sive non, deinceps non servetur ordo nocturnorum sed feriarum in hoc tempore sicut in aliis temporibus observetur. Ita tamen quod

*quandocunque fit servitium pro corpore presenti cujuscunque fuerit : et in anniversariis et in trigintalibus episcoporum in predicto tempore semper antiphone, psalmi, versus, lectiones, et duo responsoria dicantur de primo nocturno.*

*Sciendum est quod in tempore paschali semper erit tertium responsorium Libera me Dómine de morte. cum his tribus *XV.* scilicet Dies illa. *XV.* Quid ergo. *XV.* Nunc Christe. Quandocunque dicatur hoc predictum *R.* Libera me Dómine. semper reincipiatur post ultimum versum.*

*In anniversariis vero episcoporum, et quandocunque corpus adest presens, et in die animarum tantum : tertium sextum et nonum responsorium debet repeti ab illis clericis qui versus responsiorum cantaverunt.*

*In quotidianis obsequiis mortuorum, videlicet quando corpus non est presens vel dies anniversaria vel tricennalis non habetur : tunc fiant vigilie mortuorum cum tribus lectionibus tantum et ix. psalmis et una sola antiphona super psalmos hoc modo.*

*Ad vesperas una sola antiphona scilicet Placébo. 232.*

*Ps. Dilexi. (xciiij.) 233.*

*Ps. Ad Dóminum cum tribulárer. (cxix.) 233.*

*Ps. Levávi. (cxx.) 234.*

*Ps. De profúndis. (cxxix.) 235.*

*Ps. Confitébor. (iij.) (cxxxvij.) 235.*

*Repetita antiphona post psalmos dicat cacerdos executor officii*

*XV. A porta íferi.*

*R. Erue Dómine áimas eórum.*

*Ant. Audívi vocem. 237.*

*Ps. Magníficat. 237.*

*Sequatur. Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.*

*Pater noster. [privatim.] deinde sine pronuntiatione Et ne nos. dicatur iste psalmus sine nota Lauda áima mea. (cxlv.) 238.*

*Finito psalmo dicat sacerdos loco nec habitu mutato*

*XV. Réquiem etérnum dona eis Dómine.*

*[R.] Et lux perpétua lúceat eis.*

*[XV.] A porta íferi.*

*[R.] Erue Dómine áimas eórum.*

*[XV.] Credo vidére bona Dómini.*

*[R.] In terra vivéntium.*

[V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

Tres orationes dicantur tam ad Placébo. quam ad Dírige. sub una terminatione  
quarum j. pro episcopis,<sup>418</sup> ij. pro fratribus et sororibus, iij. generalis.

Et dicantur iste orationes ad Placébo. per totum annum.

Oratio. Deus qui inter apostólicos. 240.

Oratio. Deus vénie. 240.

Oratio. Fidélium Deus. 240.

Non dicatur Dóminus vobíscum. neque Requiéscant in pace. sed statim sine  
invitatorio incipiatur ant. Dírige. 241. Tamen quando Dírige non dicatur statim post  
Placébo ut in xl. et quando orationes predicte dicantur in laudibus ut a die animarum  
usque ad iij. feriam ante pascha : tunc dicatur ab ipso sacerdote executore officii.

[77r.]

V. Requiéscant in pace. sine Dóminus vobíscum.

Post orationem ad Dírige. super omnes psalmos ante lectiones hec sola ant Dírige.

Ps. Verba mea. (v.) 242.

Ps. Dómine ne in furóre. (vj.) 243.

Ps. Dómine Deus meus. (vij.) 244.

Ps. Dómimus regit. (xxij.) 249.

Ps. Ad te Dómine levávi. (xxiiij.) 249.

Ps. Dóminus illuminátio. (xxvij.) 251.

Ps. Expéctans expectávi. (xxxix.) 255.

Ps. Beátus qui intélligit. (xl.) 257.

Ps. Quemádmodum. (xlij.) 257.

Repetita antiphona post psalmos sacerdos executor officii dicat

V. Compláceat tibi Dómine ut éruas me.

R. Dómine ad adjuvándum me résponce.

Pater noster. [privatim.]

Deinde dicat sacerdos in audientia Et ne nos [indúcas in tentatióne].

Chorus. Sed líbera nos [a malo].

Similiter in audientia omnes lectiones legantur in secunda forma. Versus quoque  
responsiorum ab ipsis lectoribus dicantur : ita quod j. et iij. lectio ex parte chori  
legantur : et ij. lectio ex altera parte : et hec omnia sine nota dicantur statim post  
vesperas de die et de sancta Maria ante completorium de die. In lectionibus legendis et  
responsoriis cantandis ordo feriarum servetur, videlicet die dominica et feria iij. lectiones

*et responsoria de j. nocturno, et ij. et v. feria lectiones et responsoria de ij. nocturno, et iij. et vj. feria lectiones et respomoria de iij. nocturno: ita tamen quod semper in iij. et vj. feria sit iij. responsorium* Líbera me Dómine de viis inférnii.

*In obsequiis mortuorum cum ix. psalmis et iij. lectionibus tertium responsorium nunquam repetatur. Ante laudes quando sequuntur laudes continue: ut a festo sancte Trinitatis usque ad festum omnium sanctorum: dicat sacerdos hunc* *XV.* Requiéscant in pace. *R.* Amen.

*In laudibus hec sola ant.* Exultábunt Dómino. 264.

*Ps.* Miserére. (*l.*) 265.

*Ps.* Te decet. (*lxiiij.*) 266.

*Ps.* Deus, Deus meus. (*lxij. & lxvj.*) 267.

*Ps.* Ego dixi. (*Esaie xxxvij.*) 268.

*Ps.* Laudáte Dóminum de celis. (*cxlviij-cl.*) 269.

*Repetita antiphona post psalmos dicat sacerdos*

*XV.* Réquiem etérnam [dona eis Dómine].

*R.* Et lux perpétua [lúceat eis].

*Ant.* Ego sum. 270.

*Ps.* Benedíctus. 271.

*Sequatur Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.*

*Pater noster.* [*privatim.*] *Deinde sine pronunciatione* Et ne nos. dicatur sine nota iste psalmus Exaltábo te. (*xxix.*) 272.

*Deinde dicat sacerdos*

[*XV.*] Réquiem etérnam [dona eis Dómine]. 238.

[*R.*] Et lux perpétua [lúceat eis].

*XV.* A porta inferi.

[*R.*] Erue Dómine [ánimas eórum].

*XV.* Credo vidére [bona Dómni].

[*R.*] In terra vivéntium.

[*XV.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

*XV.* Orémus.

*Oratio.* Deus cujus misericórdie. 273.

*Oratio.* Inclína Dómine aurem. 273.

*Et finiantur sub una terminatione sic* Per Christum Dóminum nostrum.

*Sequatur. Orémus.*

*Deinde dicuntur orationes pro defunctis familiaribus ad placitum : quibus expletis sequatur oratio generalis in audience scilicet Animábus quésumus Dómine. 274. que terminetur sic Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia sécula seculórum. R̄. Amen.*

[X.] Requiescant in pace.

R̄. Amen. *sine* Dóminus vobíscum.

*Quando laudes non sequuntur continue post lectiones, ut a die animarum usque ad quartum feriam ante pascha : tunc non dicatur ante laudes versiculus Requiéscant in pace. sed post ultimum responsorium dicatur*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. *sine* Et ne nos.

*Deinde dicatur Psalmus Exaltábo. (xxix.) 272. sine nota cum X. et oratione que [77v.] dicende sunt ad laudes alio tempore. Laudes vero tunc dicuntur post matutinas de die et de sancta Maria supradicto modo, et tunc post psalmum Benedíctus. dicitur*

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. *sine* Et ne nos. *cum* psalmo Voce mea. (ij.) (cxlj.) 275. *cum* X. et oratione que dicebantur ad Placébo. 238. et hec omnia tam ad Placébo. quam ad Dírige. *sine* nota dicantur.

**C** Sciendum est quod quandocunque dicitur servitium mortuorum in conventu nisi corpus presens fuerit, vel anniversarius episcoporum vel decanorum, et nisi in die animarum : semper dicitur Placébo. sedendo usque ad antiphonam post psalmos : similiter fiat in laudibus. Ad Dírige. vero per totum tempus sedet chorus nisi dum antiphona super psalmos ante lectiones dicitur usque ad inceptionem lectionis. Ita tamen quod lectio et versus responsorii stando dicantur, et legantur ab illis clericis scilicet qui dicturi sunt tantum : chorus vero interim sedeat. In repetitione autem noni responsorii post ultimum versum stet chorus usque ad j. antiphonam incipiendam super laudes. Prostratus vero debet esse chorus in omni feria quando de feria agitur extra tempus paschale in vigiliis mortuorum trium lectionum ad Placébo. ex quo dicitur Kyrieléyson. donec ultima oratio compleatur, et ad Dírige. similiter dum dicitur Pater noster. ante lectionem, et post ultimum responsorium quando non sequuntur continue laudes, et post psalmum Benedíctus. eodem modo quo post psalmum Magníficat. ad Placébo. Et hoc sit generale per totum annum, quod quotiens fiunt genuflexiones in choro ad vesperas vel ad matutinas diei : totiens fiant in sequentibus obsequiis mortuorum quamvis fiant ix.

*lectiones nisi corpus presens fuerit : vel dies anniversarius ejusdem ecclesie episcoporum : tunc enim genuflectere chorum non licet : sed continue stare tenetur ad Placébo. quo- usque finiatur : et etiam in singulis nocturnis ad Dírige. dum dicitur oratio Dominicalis ante lectionem et in laudibus tantum ad primum psalmum scilicet Miserére. et a versiculo ante psalmum Benedictus. quousque illius obsequii officium expleatur. In reliqua psalmodia et in omnibus aliis sedere debet.*

**C** *Sciendum est quod in vigilia mortuorum nunquam fiunt prostrations in paschali tempore, nec in aliquo festo ij. vel ix. lectionum, nec in commemoratione beate Maria vel sancti loci nec in octavis nec infra octavas sanctorum.*

**C** *Quando vero corpus adest presens et in anniversariis episcoporum omnes clerici stare tenentur ad Placébo. per totum tempus : ad Dírige. ut in alio tempore : ad laudes similiter per totum tempus nisi ab inceptione psalmi Te decet. usque ad versiculum ante Benedíctus Dóminus. In vigilia quoque mortuorum ij. lectionum extra tempus paschali omnes versiculi dicantur a sacerdote executore officij loco nec habitu mutato. In vigilia mortuorum ix. lectionum simplici prima antiphona super psalmos ad Placébo. in superiori gradu inchoetur. Cetere omnes antiphone in prima forma discurrant, excepta antiphona super Magnificat. et prima antiphona super psalmos ad Dírige. et prima antiphona ad laudes et antiphona super Benedictus, que in superiori gradu discurrant. Tres primes lectiones in prima forma legantur, loco nec habitu mutato : sua quoque responsoria ab eisdem lectoribus cantentur. Tres medie lectiones in ij. forma cum suis responsoriis dicantur. Tres ultime lectiones in superiori gradu eodem modo cum suis responsoriis dicantur. Ita tamen quod secundus versus ultimi responsorii in eodem gradu ex opposito dicatur. Tertius similiter ex parte chori in eodem gradu dicatur : cetera ut predictum est sunt exequenda.*

**C** *Iste modus servitii mortuorum locum habet in omni anniversario et triginiali, post primum diem triginialis.*

**C** *In anniversario tamen simplici canonicorum ultimum responsorium a duobus de superiori gradu dicatur ad gradum chori, habitu non mutato, cum suis tribus versibus.*

**C** *In prima quoque die triginalis simplicis canonici eodem modo ultimum responsorium dicatur : sed tamen post ultimum versum responsorii ab ipsis cantoribus ad gradum chori repetatur responsorium et a choro percantetur. Preterea vj. lectio in superiori gradu cum suo responsorio dicatur.*

**C** *In anniversariis vero archidiaconorum et subdiaconorum vel succendorum modus servitii fiat sicut in primo triginali simplicis canonici.*

¶ In anniversario cantorum, thesaurariorum, cancellariorum, antiphone que in simplicibus vigiliis solent esse in prima forma in secunda forma discurrant, ceteris ut in die trignalibus de canonico.

¶ In anniversariis decani simile servitium observetur quod de ceteris personis, execpta quod tertia lectio in secunda forma, quinta lectio in superiori gradu cum suo responsorio dicatur.

¶ De personis vero ecclesie in episcopos promotis in aliis ecclesiis fit servitium in eorum anniversariis juxta dignitatis sue exigentiam quam ante promotionem in ecclesia Sarisburiensi habuerunt.

¶ De aliis vero episcopis extraneis et pro regibus pro quibus fit servitium : eo modo fiat quo in anniversariis canonici simplicis.

¶ Sciendum tamen est quod de aliis solummodo fit servitium in anniversariis qui scribuntur in martilogio.

¶ Sciendum est autem quod in anniversariis iij. principalium personarum excellentior sacerdos exequitur officium. Episcopus vero in anniversariis episcoporum predecessarum officium exequitur. In anniversariis et trignalibus episcoporum Sarum ecclesie totum servitium discurrit more duplicitis festi scilicet Johannis Baptiste, habitus tamen non mutetur in legendendo vel cantando. Tabula etiam de lectionibus legendis et responsoriis cantandis disponitur sicut in predicto festo, excepto quod nullum responsorium a tribus cantatur nisi nonum. Tertium quoque, vj. et ix. repetantur ab illis clericis qui versum [78v.] responsorii cantaverunt : lectiones vero non in pulpito sed ad gradum chori super lectrinum legantur. Executor tamen officii in orationibus dicendis locum non mutet nec habitum. Omnes autem versiculi dicantur et respondeantur sub eodem tono quo in tribus noctibus ante pascha, sed in audiencia non respondeantur.

¶ In omnibus aliis anniversariis et trignalibus j. antiphona super primum psalmum ad Placébo. in superiore gradu inchoetur : cetere omnes antiphone in ij. forma discurrant per ordinem : excepta antiphona super psalmum Magnificat. et j. antiphona super primum psalmum ad Dírige. et j. antiphona ad laudes et antiphona super Benedictus. que in superiore gradu discurrant. Sex prime lectiones in ij. forma legantur loco nec habitu mutato : versus quoque responsiorum ab eisdem lectoribus cantentur. Septima lectio cum versu responsorii sui et sic deinceps in superiore gradu supradicto modo discurrant. Ita tamen quod ix. responsorium a duobus de superiori gradu cantetur ad gradum chori habitu non mutato cum suis versibus.


¶ Et sciendum est quod semper dicatur a sacerdote Et ne nos. post Pater noster. ante

Vigilie mortuorum.


*inceptionem lectionum quandocunque dicatur servitium mortuorum tam iij. quam ix. lectionum. Omnes vero versus ab aliquo sacerdote de superiori gradu dicantur sub eodem tono quo<sup>419</sup> in tribus noctibus ante pascha loco nec habitu mutato : vel ab executore officii, et respondeat chorus supradicto modo.*

**I** Quando vero fit servitium pro corpore presentii non pro canonico : omnes antiphone preter quinque principales in secunda forma supradicto modo discurrant : due prime lectiones cum suis responsoriis in j. forma, iij. et iiiij. in ij. forma, v. et sic deinceps in superiori gradu. Singula vero responsoria a duobus ad caput defuncti ad orientem conversis habitu non mutato cantentur : ultimum vero responsorium a tribus cum repetitione cantetur loco et habitu supradicto. Ita tamen quod ab ipsis cantoribus cantetur et inchoetur. Singuli vero versiculi a duobus pueris ibidem dicantur habitu non mutato. Non respondeantur in audientia quando dicuntur a duobus : cetera ut in aliis vigiliis predictis.

1506:78v.<sup>420</sup>



Equi- em e-térmam do-na e- is Dómi-ne.



R. Et lux perpé-tu- a lú-ce- at e- is.

*Si vero fuerit corpus canonici cujuscunque, eodem modo fiat servitium sicut in anniversariis episcoporum ejusdem ecclesie.*

**I** In vigiliis mortuorum.

*Ad vesperas.*


*Sine Deus in adjutorium. incipiatur in superiori gradu.*

1506:79r; AS:579; Ant-1519-P:180r; Brev-1531-P:51v.<sup>421</sup>

[79r.]

1. Ant.

III.iv.



4293.



La-cébo. Amen.

Vigilie mortuorum.

Psalmus.  
(cxvij.)



I-léx-i : quó-ni- am ex-áudi- et Dómi-nus vo-cem

o-ra-ti- ó-nis me- e.

2. Quia inclinávit aurem súam michi :  
et in diébus meí invocábo.

3. Circundedérunt me dolóres mortis :  
et pericula inférní invenérunt me.

4. Tribulatióne et dolórēm invéni :  
et nomen Dóminí invocávi.

5. O Dómine líbera ánimam meam  
misericors Dóminus et justus : et  
Deus nostér miserétur.

6. Custódiens párvulos Dóminus :  
humiliátus sum et liberávit me.

7. Convrétere ánima mea in réquī  
em tuam : quia Dóminus benéfécit  
tibi.

8. Quia erípuit ánimam mēam de  
morte : oculos meos a láchrymis,  
pedes mēos a lapsu.

**C** Iste sequens versiculus scilicet Placébo Dómino in régione vivórum. eo quod idem est  
cum antiphona sequenti : non dicatur pro versu nisi tantum in quotidianis obsequiis  
mortuorum quando una sola antiphona dicitur super psalmum, sed finito versu Quia  
erípuit. immediate sequatur antiphona.



Pla-cébo \* Dómi-no in re-gi- ó-ne vi-vó-rum.

1506:709r; AS:579; Ant-1519-P:180v; Brev-1531-P:52r.

2. Ant.

II.i.



E-u me. Ps. Amen.

3038.

Psalmus. (cxix.)

**A**D Dóminum cum tribulárēr cla-  
mávi : et exaudívit me.

2. Dómine líbera ánimam meam a

lábī ī iníquis : et a língua dolósa.


3. Quid detur tibi, aut quid apponā  
tur tibi : ad línguam dolósam.

4. Sagítte potēntīs acúte : cum car-  
bónibus dēsōlatóriis.

5. Heu michi quia incolátus meus  
prolōngátus est : habitávi cum habi-  
tántibus Cedar, multum ícola fuit à

nima mea.

6. Cum his qui odérunt pacem, érā  
m pacíficus : cum loquébar illis im-  
pugnābant me gratis.



He-u me \* qui- a inco-lá-tus me-us pro- longá-tus est.

1506:79r; AS:579; Ant-1519-P:180v; Brev-1531-P:52r.

3. Ant.

2402.

II.i.



Omi-nus. Amen.

*Psalmus. (cxx.)*

**L**Evávi óculos mēos in montes :  
Lunde véniet auxílium michi.

2. Auxílium mēūm a Dómino : qui  
fecit cénum et terram.

3. Non det in commotiónem pēdem  
tuum : neque dormítēt qui custódit  
te.

[79v.] 4. Ecce non dormitábit nēque dór-  
miet : qui cūstódit Israel.

5. Dóminūs custódit te : Dóminus

protéctio tua, super manum dēxteram  
tuam.


6. Per diem sōl non uret te : neque  
lūna per noctem.

7. Dóminus custódit te ab ômni  
malo : custódiat ánimām tūam Dó-  
minus.

8. Dóminus custódiat intróitum  
tuum et éxitum tuum : ex hoc nunc  
et usque in séculum.



Dómi-nus \* custó-dit te ab omni ma-lo : custó-di- at á-




nimam tu- am Dómi-nus.

Vigilie mortuorum.

1506:79v; AS:579; Ant-1519-P:180v; Brev-1531-P:52r.

4. Ant.

VIII.i.



4899.

I i-niqui-tá-tes. Amen.

*Psalmus. (cxxix.)*

**D**E profúndis clamávi âd te  
Dómine : Dómine exáudí vó-  
cem meam.

2. Fiant aures tue ^intendéntes : in  
vocem deprecatiōnis mee.

3. Si iniquitátes observávēris Dó-  
mine : Dómine quīs sūstinentib.


4. Quia apud te propiciatio est : et  
propter legem tuam sustinui te  
Dómine.

5. Sustinuit áнима mea in vêrbo ejus :  
sperávit áнима mēā in Dómino.


6. A custódia matutina ūsqüe ad  
noctem : speret Isrâel in Dómino.

7. Quia apud Dóminum misericórdia : et copiosa apud ēum redémptio.

8. Et ipse redimet Israel : ex ómnibus iniquitatibus ejus.



Si i-niqui-tá-tes \* observá-ve-ris Dómi-ne : Dó-mi-ne




quis susti-né-bit.

1506:79v; AS:579; Ant-1519-P:180v; Brev-1531-P:52r.

5. Ant.

II.i.



4159.

- pe-ra. Amen.

*Psalmus. (cxxvij.)*

**C**onfitébor tibi Dómine in toto  
côrde meo : quóniam audísti

verbā ôris mei.

2. In conspéctu angelórum psâllam

tibi : adorábo ad templum sanctum tuum et confitébor nōmini tuo.

3. Super misericórdia tua et veritáte tua : quóniam magnificásti super omne nomēn sānctum tuum.

4. In quacúnque die invocávero tē exáudi me : multiplicábis in áнима mē a virtútem.

5. Confiteántur tibi Dómine omnes rēges terre : quia audiérunt ómnia verbā ôris tui.


6. Et cantent in viis Dómini :

quóniam magna est glória Dómini.

7. Quóniam excélsus Dóminus et humílīa réspicit : et alta a lōnge [80r.] cognoscit.

8. Si ambulávero in médio tribulatiōnis vivificábis me : et super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, et salvum me fecit dēxtera tua.


9. Dóminus retribūet pro me : Dómine misericórdia tua in séculum, ópera mánum tuárūm nē despícias.



Ope-ra \* má-nu-um tu- á-rum Dómi-ne ne despí- ci- as.

*Deinde dicitur versiculus hoc modo.*

1506:80r; Ant-1519-P:180v; Brev-1531-P:52r.



XV. A porta ínfe-ri.

R. Erue Dómine áimas eórum.

**C** <sup>422</sup>Et sciendum est quod quandocunque corpus presens fuerit : et in anniversariis et trigintalibus episcoporum Sarum ecclesie : et in die animarum omnes versus tam ad Placébo. quam ad Dírigere. a duobus pueris pariter stantibus ad orientem conversis habitu non mutato : sub tono predicto cantentur et sub silentio respondeantur. Ita quod in anniversariis et trigintalibus episcoporum et in die animarum ad gradum chori in medio : et quandocunque corpus presens affuerit ad caput defuncti dicantur.

**C** In omnibus vero aliis anniversariis et trigintalibus et quando ultimo fit servitium mortuorum ante pascha, omnes versus ab aliquo sacerdote superiori gradu vel ab exsecutore officii loco nec habitu mutato sub tono supradicto dicantur : et tunc semper respondeat chorus sub hoc tono.<sup>423</sup>

Vigilie mortuorum.

1506:103r.<sup>424</sup>



*R. E-ru- e Dómi-ne á-nimas e-ó-rum.*

AS:579; 1519-P:181r; 1531-P:52r.

Ant.

II.i.



1528.

Udí-vi vo-cem. Amen.

(*Canticum. Luce j. 46.*)

**A**gníficat : ánimā mēa Dó-minum.

2. Et exultávit spíritus meus : in Déo salútari meo.

3. Quia respéxit humilitátem ancílle sue : ecce enim ex hoc bátam me dicent omnes genératiónes.

4. Quia fecit michi mágna qui po-tens est : et sanctūm nōmen ejus.

5. Et misericórdia ejus a progénie in progénies : timéntibus eum.

6. Fecit poténtiam in bráchio suo : dispérsit supérbos mentē cōrdis sui.

7. Depósuit poténtes de sede : et exáltávit húmiles.

8. Esuriéntes implévit bonis : et dívites dimísit inánes.

9. Suscépit Israél púerum suum : recordátus misericórdie sue.

10. Sicut locútus est ad patres nostros : Abraham et sémini éjus in sécula.

**C**Nunquam thurifícetur corpus alicujus defuncti ad Placébo Dómino. vel ad Dírigé Dómine. secundum usum Sarum.<sup>425</sup>

*Antiphona.*



Audí-vi vo-cem \* de ce-lo di-céntem : Be- á-ti mórtu- i

[80v.]



qui in Dómi-no mo-ri- úntur.

<sup>†</sup>Omittatur inflectionem in tonis IV, V et VII.

Vigilie mortuorum.

1506:80v; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-1531-P:52r.<sup>426</sup>

509501.  Y-ri- e-léyson. *R.* Christe-léyson. *V.* Ky-ri- e-  
léyson.



Pater noster. *Deinde sine pronuntiatione* Et ne nos. *dicatur iste psalmus sine nota.*  
(*Psalmus cxlv.*)

**L**AUDA ánima mea Dóminum :  
laudábo Dóminum in vita mea,  
psallam Deo meo quándiu fúero.

2. Nolíte confidere in princípibus :  
in filiis hóminum in quibus non est  
salus.

3. Exíbit spíritus ejus et revertétur  
in terram suam : in illa die períbunt  
omnes cogitátiones eórum.

4. Beátus cujus Deus Jacob adjútor  
ejus spes ejus in Dómino Deo ipsíus :  
qui fecit celum et terram, mare et  
ómnia que in eis sunt.

5. Qui custódit veritátem in sécu-  
lum : facit judícium injúriam pati-  
éntibus, dat escam esuriéntibus.

6. Dóminus solvit compéditos :  
Dóminus illúminat cecos.

7. Dóminus érigit elíos : Dóminus  
díligit justos.


8. Dóminus custódit ádvenas pu-  
tíllum et víduam suscípet : et vias  
peccatórum dispérdet.


9. Regnábit Dóminus in sécula :  
Deus tuus Syon, in generatióne et  
generatióñem.


**C** Finito psalmo dicat sacerdos loco nec habitu mutato versiculum [sequentem].<sup>427</sup>

1506:80v; Ant-1519-P:181r; Brev-1531-P:52r.


8183.  Réqui- em e-térnam do-na e- is Dómi-ne. *R.* Et lux per-



7923.  pé-tu- a lú-ce- at e- is. *V.* A porta ínfe-ri. *R.* E-ru- e Dó-




Vigilie mortuorum.



mi-ne á-nimas e-ó-rum. *XV.* Credo vi-dé-re bo-na Dómi-ni.

8000.



*R.* In terra vi-vénti- um. *XV.* Dómi-nus vo-bíscum.

800121.



*R.* Et cum spí-ri-tu tu-o. *XV.* O-rémus.

**C** Sciendum est quod quandocunque corpus adest presens licet<sup>428</sup> fuerit episcopi, regis, regine, vel alterius magnatis : semper dicantur sub tono sequenti et sub una conclusione tam ad Placébo. quam ad Dírige. quattuor orationes : quarum prima sit pro corpore [81r.] presenti, secunda pro episcopis, tertia pro fratribus et sororibus, et quarta generalis.

**C** Si vero eodem die dies anniversarius vel trigintale alicujus non completum contigerit : tunc sit secunda oratio pro illo anniversario vel trigintali : tertia pro fratribus et sororibus, et quarta generalis. Et si triginiale simul cum anniversario idem die contigerit : tunc sit secunda oratio pro illo trigintali, tertia pro anniversario, et quarta generalis.


**C** Tamen hoc non usitatum est in ecclesia Sarum : immo differantur ibidem hujusmodi solennitates et unaqueque per se solennitas celebretur licet in ecclesiis parochialibus fieri non valeat.

**C** Similiter in omnibus anniversariis vel trigintalibus semper dicantur quatuor orationes sub una conclusione tam ad Placébo. quam ad Dírige. quarum prima sit pro illo anniversario vel trigintali, secunda pro episcopis, tertia pro fratribus et sororibus, et quarta generalis.

*Pro corpore presenti cujuscunque fuerit tam ad Placébo. quam ad Dírige. dicitur hec oratio.*

**D** Eus cui próprium est miseréri semper et párcere, te sípplices deprecámur pro ánima fámuli tui vel fámule tue *N.* quam hódie de hoc século migráre jussísti : ut non tradas eam in manus inimíci nec obliscáris

in finem : sed júbeas illam ab ángelis sanctis súscipi, atque ad régiónem vivórum perdúci : et quia in te spe-rávit et crédidit, sanctórum tuórum mereátur societáte



le-tá-ri.

*In anniversario de quocunque fuerit ad Placébo. tantum dicitur hoc sequens oratio.*

**D**EUS indulgentiarum Dómine da  
ánime fámuli tui *vel* fámule tue  
*N.* cuius *vel*<sup>429</sup> quórum anniversárium

depositiónis diem commemorámus :  
refrigérii sedem quietis beatitudinem  
lúminis claritatem.

**C**ONTRARIO trignalí complendo *vel* completo seu commemoratione unius defuncti *vel*  
plurimorum tam ad Placébo. quam ad Dírige. dicitur hec oratio.

**D**EUS cui próprium est miseréri  
semper et párcere, propiciare  
ánime fámuli tui *vel* fámule tue *N.* et

ómnia ejus peccata dimítte : ut mortis  
vínculis absolútus<sup>430</sup> *vel* absoluta,  
transire mereátur ad vitam.

*Pro episcopis defunctis ad Placebo. tantum dicitur ista oratio.*

**D**EUS qui inter apostólicos sace-  
rdótes fámulos tuos pontificáli  
fecisti dignitatē censéri, presta qué-

sumus : ut quorum vicem ad horam  
gerébant in terris, eórum perpétuo  
consortio leténtur in celis.

**C**ONTRARIO fratribus et sororibus nostris ad Placébo. tantum dicitur ista sequens oratio.

[81v.] **D**EUS vénie largítor et humáne  
salútis auctor, quésimus cle-  
mémentiam tuam : ut nostrárum con-  
gregatiónum fratres et soróres qui ex  
hoc século transiérunt : intercedénte


beáta María semper vírgine et beáto  
Michaéle archángelo cum ómnibus  
sanctis ad perpétue beatitudinis con-  
sórtium pervenire concédas.

**C**ONTRARIO oratio generalis ad Placébo. tantum dicitur ista<sup>431</sup> oratio.


**F**IDÉLIUM Deus ómnium cónditor  
et redémptor, animábus ómnium  
fidélium defunctórum remissióne

cunctórum tríbue peccatórum : ut  
indulgéntiam quam obtavérunt piis  
supplicatióibus conse-

Vigilie mortuorum.



quántur. Qui cum De-o Patre et Spíri-tu Sancto vi-vis et




regnas De-us. Per ómni-a sé-cu-la se-cu-ló-rum. Amen.

[*Ad matutinas.*]

*Non dicitur Dóminus vobíscum. neque Requiéscant in pace. sed absque intervallo incipientur matutine mortuorum ut patet inferius. Tamen quandocumque non dicitur Dírige. statim post Placébo. ut in die animarum et in xl. et quando orationes predicte dicuntur in laudibus : ut a die animarum usque ad quartam feriam ante pascha : tunc finita oratione Fidélium. ut supra dictum est : statim<sup>432</sup> dicat sacerdos executor officii sine Dóminus vobíscum. hoc modo.*

1506:81v; 1498:108r; Brev-1531-P:52r.<sup>433</sup>



800378.

*V.* Requi- éscant in pa-ce. *R.* Amen.

**C** In quotidianis tamen obsequiis mortuorum tertia lectio semper sine nota dicatur et respondeatur. Ad matutinas mortuorum non dicitur Dómine lábia. nec Deus in adjutórium. sed sine invitatorio et sine psalmo Veníte. incipiatur antiphona in superiori gradu hoc modo.<sup>434</sup>

*In primo nocturno.*

1506:81v; AS:580; Ant-1519-P:182v; Brev-1531-P:52r.<sup>435</sup>

1. Ant.

VII.ii.



I- ri-ge. Amen.

2244.

*Psalmus. (v.)*

**E**rba mea aúribus p̄ercīpe Dómine : intéllige clāmōrem meum.

2. Inténde voci oratiōnis mee : Rex meus ēt Dēus meus.

3. Quóniam ad te orābo Dómine : mane exaudiēs vōcem meam.

4. Mane astābo tibi ēt vidēbo : quóniam non Deus volens iniquūtātem tu es.

5. Neque habitábit juxta tē malignus : neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

6. Odísti omnes qui operántur iniquitátem : perdes omnes qui loquún-  
tur mendácium.

7. Virum sanguinum et dolósū  
[82r.] abominab̄itur Dóminus : ego autem in multitúdine misericordie tue.

8. Introíbo in dōmum tuam : adorábo ad templum sanctum tuum

in tīmōre tuo.

9. Dómine deduc me in justícia tua propter inimicos meos : dírige in conspéctu tuō viam meam.

10. Quóniam non est in ore eórum véritas : cor eórum vanum est.

11. Sepúlchrum patens est guttur eórum linguis suis dolosē agébant : júdicā illos Deus.

12. Décidant a cogitatiōibus suis, secúndum multitúdinem impietátum eórum expelle eos : quóniam irritavérunt te Dómine.


13. Et leténtur omnes qui sp̄erant in te : in etérnum exultábunt et habitab̄is in eis.

14. Et gloriabúntur in te omnes qui diligunt nōmen tuum : quóniam tu benédices justo.

15. Dóminē ut scuto : bone voluntatis tuē cōronásti nos.



Dí- ri-ge \* Dómi-ne De- us me-us : in conspéctu tu-o




vi- am me- am.

Vigilie mortuorum.

1506:82r; AS:580; Ant-1519-P:182v; Brev-1531-P:52r.

2. Ant.

VIII.i.



1921.

Onvére-re. Amen.

*Psalmus. (vj.)*

**D**omine ne in furóre tuo árguas  
me : neque in ira tua cõrrípias  
me.

2. Miserére mei Dómine quóniam  
infírmus sum : sana me Dómine  
quóniam conturbáta sūnt ôssa mea.

3. Et ánima mea turbátā est valde :  
sed tu Dómine úsquequo.

4. Convrétere Dómine et éripe ánī-  
mam meam : salvum me fac propter  
misericórdiam tuam.

5. Quóniam non est in morte qui  
mêmōr sit tui : in inférno autem quis  
confítēbitur tibi.

6. Laborávi in gémitu meo, lavábo


per síngulas noctes lêctum meum :  
láchrymis meis stratum mémum rigábo.

7. Turbátus est a furóre ôcūlus  
meus : inveterávi inter omnes iní-  
micos meos.


8. Discédite a me omnes qui  
operámini iniquitátem : quóniam  
exaudívit Dóminus vocēm flētus mei.

9. Exaudívit Dóminus deprecati-  
ónem meam : Dóminus oratióne-  
mēam suscépit.

10. Erubéscant et conturbéntur  
veheménter omnes inimíci mei :  
convertántur et erubéscant válde  
velóciter.



Convréte \* Dómi-ne et é-ri-pe á-nimam me- am : quó-ni-




am non est in morte qui memor sit tu- i.

1506:82r; AS:580; Ant-1519-P:182v; Brev-1531-P:52r.<sup>436</sup>

3875.

3. Ant.

VIII.i.



Equándo. Amen.

*Psalmus. (vij.)*

[82v.]

**D**omine Deus meus in te sperávi  
sâlvum me fac : ex ómnibus  
persequéntibus me ēt lîbera me.

2. Nequândo rápiat ut leo ânîmam  
meam : dum non est qui rédimat,  
neque quî sâlvum fâciat.

3. Dómine Deus meus si fêci istud :  
si est iníquitas in mânibus meis.

4. Si réddidi retribuéntibus mîchi  
mala : décidam mérito ab inimícis mî  
is inánis.

5. Persequâtur inimícus ânîmam  
meam : et comprehéndat et concúlcet  
in terra vitam meam, et glóriam  
meam in púlvêrêm dedúcat.

6. Exúrge Dómine in íra tua : et  
exaltáre in finibus inimicórum me  
órum.

7. Et exúrge Dómine Deus meus, in  
precépto quôd mandâsti : et synagóga  
populórum círcundabit te.

8. Et propter hanc in áltûm re  
grédere : Dóminus jûdicat pôpulos.

9. Jûdica me Dómine secûndum  
justiciâm meam : et secûndum in  
nocéntiâm mêmam super me.

10. Consumétur nequícia pecca  
tórum et dîrîges justum : scrutans  
corda ēt rônes Deus.

11. Justum adjutórium mêmum a  
Dómino : qui salvos facit rôctos  
corde.

12. Deus judex justus fôrtis et  
pâtiens : nunquid irâscitur per  
sîngulos dies.

13. Nisi convérsi fuéritis glâdium  
sûnum vibrâbit : arcum suum teténdit  
et pârâvit illum.

14. Et in eo parâvit vâsa mortis :  
sagittas suas ardéntibûs effécit.

15. Ecce pârturit înjusticiam :  
concépit dolorem et péperit iní  
quitátem.

16. Lacum apéruit et effôdit eum :  
et incidit in fôvêam quam fecit.

17. Convertétur dolor ejus in  
câput ejus : et in vérticem ipsius  
iníquitas êjus descéndet.

18. Confitébor Dómino secûndum  
justiciâm ejus : et psallam nômini  
Dômîni altissimi.

Vigilie mortuorum.

---



Nequándo \* rá-pi- at ut le-o á-nimam me- am dum non est  
qui ré-di-mat neque qui salvum fá-ci- at.

XV. A porta íferi.

R. Erue Dómine ánimas eórum.


Pater noster. [privatim.]

**D**einde dicat sacerdos in audientia sub tono consueto Et ne nos [indúcas]<sup>437</sup> [in tentatónem]. Chorus similiter in audientia sub eodem tono respondeat Sed libera [nos a malo].<sup>438</sup> quod per totum annum observetur in obsequiis mortuorum cum nota dicendis qualiscunque nocturnus dicitur, ac etiam in die animarum.<sup>439</sup> Non dicatur Jube Dómine benedícere. nec Tu autem Dómine. sed ex verbis lectionis finem faciant lectores ut infra patebit [in lectione sequenti].<sup>440</sup>

Lectio prima. (Job. 7. 16.)

**P**Arce michi Dómine : nichil  
enim sunt dies mei. Quid est  
homo quia magníficas eum, aut quid  
appónis erga eum cor tuum ? Vísitas  
eum dilúculo : et súbito illum. Us-  
quequo non parcis michi, nec dimíttis  
me ut glútiam salívam meam ?  
Peccávi. Quid fáciam tibi, o custos  
[83r.]

hómínium ? Quare posuísti me con-  
trárium tibi, et factus sum michi  
metípsi gravis ? Cur non tollis pec-  
cátum meum, et quare non aufers  
iniquitátem meam ? Ecce nunc in  
púlvore dórmio : et si mane me  
quesiéris



non subsístam.


Eodem modo finiantur omnes lectiones preter secunda lectio.<sup>441</sup>

Vigilie mortuorum.

1506:83r; AS:580; Ant-1519-P:183r; Brev-1531-P:52v.<sup>442</sup>

1. Resp. VIII.

6348.  Redo \* quod Re-démptor me-us vi- vit et  
 in no-vís-simo di- e de ter- ra sur-rectú- rus sum.  
 †Et in car-ne me- a vi-dé- bo De- um Salva-  
 6348a. tó- rem me- um. ¶ Quem vi-sú-rus sum e-go  
 ipse et non á-li- us : et ó-cu-li me- i con- spec-tú-ri  
 sunt. †Et in car-ne.



*Lectio secunda. (Job. 10. 1.).*

**T**Edet ánimam meam vite mee : dimíttam advérsum me eló- quium meum. Loquar in amarítudine ánime mee : dicam Deo, Noli me condemnáre. Indica michi : cur me ita júdices. Nunquid bonum tibi vidétur si calumniéris et opprímás me opus mánum tuárum, et consílium

impiórum áduves ? Nunquid óculi cárnei tibi sunt : aut sicut videt homo et tu vidébis<sup>443</sup> ? Nunquid sicut dies hóminis dies tui, et anni tui sicut humána sunt témpora : ut<sup>444</sup> queras iniquitátem meam, et peccátum meum scrutéris, et scias quia nichil ímpium fécerim : cum sit nemo qui

Vigilie mortuorum.

[83v.] de manu tua

1506:83v.



possit e-rú- e-re.

1506:83v; AS:580; Ant-1519-P:183v; Brev-1531-P:52v.<sup>445</sup>

2. Resp.

IV.



Ui Lá-za-rum \* re-susci-tás- ti a monu-mén-

7477.

to fé-ti- dum. †Tu e- is Dó- mi- ne do-na ré-

7477b.

qui- em et lo- cum indul- génti- e. ¶ Qui ventú-rus

es ju-di-cá-re vi-vos et mórtu- os et sé-su- lum

per ig- nem. †Tu e- is.

*Lectio tertia. (Job. x. 8.)*

**A**nus tue fecérunt me : et plasmavérunt me totum in circúitu : et sic repénte precipítas me.<sup>446</sup> Meménto quod sicut lutum fecéris me : et in púlverem redúces<sup>447</sup> me. Nonne sicut lac mul-

sísti me : et sicut cáseum me coagulásti ? Pelle et cárbibus vestísti me : óssibus et nervis compegísti me. Vitam et misericórdiam tribuísti michi : et visitátio tua custodívit spíritum meum.

Vigilie mortuorum.

1506:84r; AS:581; Ant-1519-P:184r; Brev-1531-P:52v.

6507. 3. Resp. VIII.

O-mi-ne \* quando vé-ne- ris ju-di-cá- re

ter-ram u-bi me abscón- dam a vul-tu i- re

tu- e. †Qui- a pec- cá-vi ni- mis in vi-ta

6507a. [84r.] me- a. ⁊ Commíssa me- a pa-vésco et ante te

e-ru-bés-co dum vé-ne-ris ju-di-cá-re no-li me


condemná- re. †Qui- a.

*Quandocunque corpus adest presens et in anniversariis episcoporum tantum ac etiam in die animarum repetatur ij. vj. et ix. responsorium ab illis clericis qui versum responsorii precedentis cantaverunt.*

**I In ij. nocturno.**

4. Ant.

VIII.i.



3250.

N lo- co. Amen.

*Psalmus. (xxij.)*

**D**ominus regit me et nichil mīchi déerit : in loco pásque ibi mē collocávit.

2. Super aquam refectiónis êducávit me : ánimam mēam convértit.

3. Dedúxit me super sémitās justicie : proptēr nōmen suum.

4. Nam et si ambulávero in médio ûmbre mortis : non timébo mala quóniām tu mecum es.

5. Virga tua et bâculus tuus : ipsa


mē cōsoláta sunt.

6. Parásti in conspéctu mēo mensam : advérsus eos quī tríbulant me.

7. Impinguásti in óleo cāput meum : et calix meus inébriāns quām pre-clárus est.

8. Et misericórdia tua sūbsequétur me : ómnibus diébus vîte mee.


9. Et ut inhábitem in dômo Dómini : in longitúdinem diérum.



In lo- co \* pás- cu- e i-bi me col- lo- cá- vit.

5. Ant.

VIII.i.



2146.

E-lícta. Amen.

*Psalmus. (xxiiij.)*

**A**d te Dómine levávi ânīmam meam : Deus meus in te confido nōn êrubéscam.

2. Neque irrídeant me inimici mei : étenim univérsi qui sústinent te nōn cōfundéntur.

3. Confundántur omnes iniqua a-géntes : súpervácue.

4. Vias tuas Dómine demónstra mi-chi : et sémitas tuas êdoce me.

5. Dírige me in veritatē tūā et doce me : quia tu es Deus salvátor meus, et

te sustínuī tōta die.

6. Reminiscere miseratiōnum tuārum Dómine : et misericordiárum tuárum que ā século sunt.

7. Delícta juventúris mee : et ignorántias meās nē memíneris.

8. Secúndum misericórdiam tuam meménto mei tu : propter bonitátēm tūam Dómine.

9. Dulcis et rēctus Dóminus : propter hoc legem dabit delinquéntibūs in via.

10. Díriget mansuétos īn judício : docébit mitēs vias suas.

11. Univérse vie Dómini misericórdia et véritas requiréntibus testamēntum ejus : et testimónia ejus.

12. Propter nomen tuum Dómine propiciáberis peccāto meo : mūltum est enim.

13. Quis est homo qui tīmet Dóminum : legem státuit ei in viā quām elégit.

14. Anima ejus in bonis dēmorábitur : et semen ejus hereditābit terram.

15. Firmaméntum est Dóminus timēntibūs eum : et testaméntum [84v.] ipsius ut manifestētur illis.

16. Oculi mei sēmpēr ad Dóminum : quóniam ipse evéllet de láqueō pēdes meos.

17. Rēspice in me et miserére mei : quia únicus et paúper sum ego.

18. Tribulatiōnes cordis mei multiplicāte sunt : de necessitátibus meis érue me.


19. Vide humilitátem meam et labōrem meum : et dimítte univérsa délīcta mea.

20. Rēspice inimicos meos quóniam multiplicati sunt : et ódio iniquo odérunt me.


21. Custódi ánimam meam et érue me : non erubéscam quóniam spērāvi in te.

22. Innocéntes et recti adhesérunt michi : quia sūstīnui te.

23. Líbera Dēus Israel : ex ómnibus tribulatiōníbus suis.




De-lícta \* ju-ventú-tis me-e et igno-ranti-as me-as ne me-



mi-né- ris Dómi-ne.

6. Ant.

IV.i.



1948.

Redo vi-dé-re. Amen.

*Psalmus. (xxvj.)*

**D**ominus illuminātiō mea : et salus meā quēm timēbo. <sup>448</sup>

2. Dóminus protéctor vīte mee : a quō trēpidábo.

3. Dum apprópiant super mē no-céntes : ut edānt cárnes meas.

4. Qui trībulant me inimíci mei : ipsi infirmáti sunt ēt cēcidérunt.

5. Si consístant adver̄sūm me castra : non timēbit cor meum.

6. Si exúrgat adver̄sūm me prélium : in hoc ēgo sperábo.

7. Unam pétii a Dómino hānc re-quíram : ut inhábitem in domo Dómini, ómnibus diébus vīte mee.

8. Ut vídeam voluntātem<sup>449</sup> Dómini : et vísitēm tēmplum ejus.

9. Quóniam abscóndit me in tabernáculo suo in dīē malórum : protéxit me in abscóndito tabernáculi sui.

10. In petra ēxaltávit me : et nunc exaltávit caput meum super inimícos meos.

11. Circuívi et immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferatiōnis : cantábo et psalmūm dīcam Dómino.

12. Exáudi Dómine vocem meam qua clamāvi ad te : miseré meī ēt exáudi me.

13. Tibi dixit cor meum exquisívit te fācīes mea : fāciem tuam Dóminē requíram.

14. Ne avértas fāciem tūam a me : ne declínes in ira ā sérvo tuo.

15. Adjútor meus esto ne dērelín- quas me : neque despícias me Deus salútāris meus.

16. Quóniam pater meus et mater mea derēliquerunt me : Dóminus aū- tem assúmpsit me.


17. Legem pone michi Dómine in vīa tua : et dirige me in sémita recta<sup>450</sup> propter inimícos meos.

18. Ne tradíderis me in áimas tribulātiōnēs me : quóniam insurrex- erunt in me testes iníqui, et mentítā es iníquitas sibi.

19. Credo vidére bōna Dómini : in tērra vivéntium.

20. Expécta Dóminum viríliter age et confortétūr cor tuum : et sūstine Dóminum.

Vigilie mortuorum.



[85r.] Credo vi-dé-re \* bo-na Dómi-ni in terra vi-vénti- um.

*XV.* In memória etérrna erunt justi.

*R.* Ab auditóne mala non timébunt.

*Lectio quarta. (Job. xijj. 23.)*

**Q**uantas hábeo iniquitátes et peccáta : scélera mea atque delícta osténde michi. Cur fáciem tuam abscóndis : et arbitráris me inimícum tuum ? Contra fólium quod vento rápitur osténdis poténtiam tuam : et stípulam siccum perséqueris. Scribis enim contra me

amaritúdines : et consúmere me vis peccátis adolescéntie mee. Posuísti in nervo pedem meum, et observásti omnes sémitas meas : et vestígia pedum meórum considerásti. Qui quasi putrédo consuméndus sum : et quasi vestiméntum quod coméditur a tínea.

1506:85r; AS:581; Ant-1519-P:185r; Brev-1531-P:52v.<sup>451</sup>

4. Resp.

6811.



E-u \* mi-chi Dó-mi-ne qui- a pec-cá- vi ni-



mis in vi-ta me- a : quid fá-ci- am mi- ser u- bi fú- gi-



am ni-si ad te De-us me- us mi-se- ré-re me-

Vigilie mortuorum.

i. †Dum vé-ne- ris in no-víssimo di- e.  
 ¶. A-nima me-a turbá-ta est val-de, sed tu Dómi-ne  
 suc- curre e- i. †Dum.

6811a.

*Lectio quinta. (Job. xiv. 1.)*

**L**omo natus de muliere brevi vivens témpore : replétur multis misériis. Qui quasi flos egréditur et contéritur, et fugit velut umbra : et nunquam in eódem statu pémanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos : et addúcere eum tecum in judícium ? Quis potest

fácere mundum de immúndo con-céptum sémine ? Nonne tu qui solus es ? Breves dies hóminis sunt : nú- [85v.] merus ménsium ejus apud te est. Constituísti térmilos ejus : qui preteríri non póterunt. Recéde páu-lulum ab eo ut quiéscat donec optáta véniat : sicut mercenárii dies ejus.

1506:85v; AS:582; Ant-1519-P:186r; Brev-1531-P:52v.

5. Resp. VI.

E re-cordé- ris \* pec-cá-ta me- a Dó- mi- ne. †Dum vé-ne- ris ju-di-cá-re sé- cu-lum

7209.

Vigilie mortuorum.

7209a.

per ig- nem. *V.* Dí- ri-ge Dó-mi-ne De-us me- us  
in conspéctu tu-o vi- am me- am. †Dum vé-ne- ris.

*Lectio sexta. (Job. xiv. 13.)*

**Q**uis michi<sup>452</sup> tríbuat ut in in- férno prótegas me, et abscóndas me donec pertránseat furor tuus : et constítuas michi tempus in quo recordérис mei ? Putásne mórtuus homo rursum vivat ? Cunctis diébus

quibus nunc mílito : expécto donec véniat immutátio mea. Vocábis me : et ego respondébo tibi. Operi mánum tuárum pórriges déxteram. Tu quidem gressus meos dinumerásti : sed parce peccátis meis.

1506:85v; AS:582; Ant-1519-P:186v; Brev-1531-P:52v.<sup>453</sup>

6512. 6. Resp. **VIII.**

**O**-mi-ne \* se-cúndum actum me- um no-li me ju-di- cá- re : ni-chil dignum in conspéctu tu- o e- gi. †I- de-o dé-pre- cor ma- jes-tá-tem tu- [85r.] am ut tu De-us dé-le- as i-niqui-tá- tem

Vigilie mortuorum.

me- am. *V.* Ampli- us la-va me Dómi-ne ab injus-  
tí- ci- a me- a, et a de-lícto me-o munda me qui- a ti- bi  
so- li peccá- vi. †I- de-o.

6512a.

*In iij. nocturno.*

1506:86v; AS-582; Ant-1519-P:187r; Brev-1531-P:53r.

7. Ant.

II.i.



Omplá-ce- at. Amen.

1861.

*Psalmus. (xxxix.)*

**C**xpéctans expectávi Dóminum :  
et íntêndit michi.

2. Et exaudívit prêces meas : et  
edúxit me de lacu miséria, et dê lûto  
fecis.

3. Et státuit supra petram pêdes  
meos : et diréxit grêssus meos.

4. Et immísit in os meum canticum  
novum : carmén Dêo nostro.

5. Vidébunt multi êt timébunt : et  
sperâbunt in Dómino.

6. Beátus vir cujus est nomen  
Dóminî spes ejus : et non respéxit in  
vanitátes et insánias falsas.

7. Multa fecísti tu Dómine Deus  
meus mirabília tua : et cogitaciónibus  
tuis non est qui símilis sit tibi.

8. Annunciávi êt locútus sum :  
multiplicáti sùnt súper númerum.

9. Sacrificium et oblationem nôlu-  
ísti : aures autem perficísti michi.

10. Olocáustum et pro peccáto non  
pôstulâsti : tunc dixi, Ecce vénio.

11. In cápite libri scriptum est de me  
ut fácerem voluntátem tuam Deus  
mêus vólui : et legem tuam in médiô  
côrdis mei.

12. Annunciávi justíciam in ecclésia

magna : ecce lábia mea non pro-  
hibébo, Dómīnē tu scisti.

13. Justícam tuam non abscóndi in  
côrde meo : veritátem tuam et sa-  
lutárē tūum dixi.

14. Non abscóndi misericórdiam  
tuam et veritátem tuam : a consílio  
multo.

15. Tu autem Dómine ne longe fá-  
rias miseratiónes tūas a me : miseri-  
córdia tua et véritas tua sempēr súscep-  
térunt me.

16. Quóniam circundedérunt me  
mala quorum nōn est númerus : com-  
prehendérunt me iniquítátes mee, et  
non pótuīt vidérem.

17. Multiplicáte sunt super capíllos  
cápitiis mei : et cor meūm dērelíquit  
me.

18. Compláceat tibi Dómine ut é-  
ruas me : Dómine ad adjuvándum me  
réspice.

19. Confundántur et revereántur si- [86v.]  
mul : qui querunt ánimam meam ut  
áuferant eam.


20. Convertántur retrórsum et re-  
vêreántur : qui volūnt mīchi mala.

21. Ferant conféstim confusiōnem  
suam : qui dicunt michī Euge euge.


22. Exútent et leténtur super te  
ómnēs queréntes te : et dicant semper  
Magnificétur Dóminus qui díligunt  
salūtāre tuum.

23. Ego autem mendícus sūm et  
pauper : Dóminus solícítūs est mei.

24. Adjútor meus et protéctor mēus  
tu es : Deus meūs nē tardáveris.



Complá-ce- at \* ti-bi Dómi-ne ut e- rí-pi- as me : ad adju-



vándum me résipi-ce.

1506: 86v; AS-582; Ant-1519-P:187r; Brev-1531-P:53r.


8. Ant.

II.i.

4696.



Ana Dómi-ne. Amen.



*Psalmus. (xl.)*

**B**éatus qui intélligit super egénuū  
m et páuperem : in die mala  
liberábit éum Dóminus.

2. Dóminus consérvet eum et  
vivíficet eum, et beátum fáciat éum in  
terra : et non tradat eum in ánimam  
inimicórum ejus.

3. Dóminus opem ferat illi super  
lectum dolórē ejus : univérsum stra-  
tum ejus versásti in infirmítate ejus.

4. Ego dixi Dómine miserére mei :  
sana ánimam meam quia pēccávi tibi.

5. Inimíci mei dixerunt mála michi  
: Quando moriétur et períbit nōmen  
ejus.

6. Et si ingrediebátur ut vidéret  
vana lóquebátur : cor ejus congregávit  
iniquitatem sibi.

7. Egrediebátur foras : et loquebá-  
tur in idípsum.

8. Advérsum me susurrábant omnes  
inimíci mei : advérsum me cogitábant  
mála michi.

9. Verbum iníquum constituérunt  
advérsum me : nunquid qui dormit  
non adjícet út resúrgat.


10. Etenim homo pacis mee in quo  
sperávi qui edébat pânes meos : mag-  
nificávit super me supplântatióne.

11. Tu autem Dómine miserére me-  
i : et resúscita me et retríbuam eis.

12. In hoc cognóvi quóniam volu-  
ísti me : quóniam non gaudébit ini-  
mícus mēus super me.

13. Me autem propter innocéntiam  
sûscepísti : et confirmásti me in con-  
spéctu tuō in etérnum.

14. Benedíctus Dóminus Deus Israel  
a século ét in séculum : fiat fiat.



Sa-na Dómi-ne \* á-nimam me- am qui- a peccá-vi ti-bi.

1506:86v; AS-582; Ant-1519-P:187r; Brev-1531-P:53r.<sup>454</sup>

9. Ant.

VIII.i.



I-tí-vit. Amen.

4972.

*Psalmus. (xli.)*

**Q**uemádmodum desíderat cervus  
ad fôntes aquárum : ita desí-

derat áнима meā ad te Deus.

2. Sitívit áнима mea ad Deum [87r.]

fōntem vivum : quando véniam et aparébo ante fāciem Dei.

3. Fuérunt michi láchryme mee panes dīē ac nocte : dum dícitur michi quotidie, Ubi ēst Dēus tuus.

4. Hec recordátus sum et effúdi in me ânīmam meam : quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad dōnum Dei.

5. In voce exultatiónis et confés- siónis : sonūs épulántis.

6. Quare tristis es ânīma mea : et quāre contúrbas me.

7. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi : salutáre vultus mei ēt Dēus meus.

8. Ad meípsum ánima mea cōnturbáta est : proptérea memor ero tui de terra Jordánis et Hermónii<sup>455</sup> a mōnte módico.

9. Abýssus abýssum ínvocat : in

voce catharactārum tuárum.

10. Omnia excélsa tua et flūctus tui : super mē trānsiérunt.

11. In die mandávit Dóminus misericórdiam suam : et nocte cāanticum ejus.

12. Apud me orátio Deo vīte mee : dicam Deo Sūscéptor meus es.


13. Quare oblītūs es mei : quare contristátus incédo, dum afflígit mē ñimícus.

14. Dum confringúntur óssa mea : exprobravérunt michi, qui tríbulant me inímīci mei.


15. Dum dicunt michi per sīngūlos dies : Ubi ēst Dēus tuus.

Quare tristis es ânīma mea : et quāre contúrbas me.

16. Spērā in Deo : quóniam adhuc confitébor illi, salutáre vultus mei ēt Dēus meus.



Si-tí-vit \* á-nima me- a ad De- um vi-vum quando vé-ni- am



et appa-ré-bo ante fá-ci- am Dómi-ni.

*V.* Réquiem etérnam dona eis Dómine.

*R.* Et lux perpétua lúceat eis.

*Lectio vij. (Job. xvij. 1.)*

**S**píritus meus attenuábitur : dies  
mei breviabúntur : et solum  
michi súperest sepúlchrum. Non  
peccávi : et in amaritudínibus morátur  
óculus meus. Líbera me Dómine et  
pone me juxta te : et cujúsvis manus  
pugnet contra me. Dies mei transi-  
érunt : cogitáções mee dissipáte  
sunt, torquéntes cor meum. Noctem

vertérunt in diem : et rursum post  
ténebras spero lucem. Si sustinúero  
inférrus domus mea est : in ténebris  
stravi léctulum meum. Putréndini  
dixi, Pater meus es : mater mea et  
soror mea vérmibus. Ubi est ergo  
nunc prestolátio mea : et patiéntia  
mea ? Tu es Dómine Deus meus.

1506:87r; AS:583; Ant-1519-P:187v; Brev-1531-P:53r.<sup>456</sup>

7. Resp.

I.



Eccánte me\* quo- tí- di- e et non pe-ni-tén- te

7368.

[87v.]

timor mortis contúr- bat me. †Qui- a in infér- no nul-la est

re-démpti- o mi-se-ré-re me- i De-us et sal- va me.

7368a.

¶. De- us in nómí-ne tu- o salvum me fac Dómi- ne,

et in virtú-te tu- a lí-be-ra me. †Qui- a.

*Lectio octava. (Job. xix. 20.)*

**P**elli mee consúmptis cárbibus  
adhésit os meum : et derelícta  
sunt tantúmmodo lábia circa dentes  
meos. Miserémini mei, miserémini  
mei, saltem vos amíci mei : quia  
manus Dómini tétigit me. Quare  
persequímini me sicut Deus : et  
cárbibus meis saturámini ? Quis mi-  
chi tríbuat ut<sup>457</sup> scribántur sermónes  
mei ? Quis michi det ut exaréntur in  
libro stillo férreo : et<sup>458</sup> plumbi

lámina : vel celte sculpántur in sílice ?  
Scio enim quod Redémptor meus  
vivit : et in novíssimo die de terra  
surrectúrus sum : et rursum circún-  
dabor pelle mea : et in carne mea  
vidébo Deum Salvatórem meum.  
Quem visúrus sum ego ipse, et óculi  
mei conspectúri sunt : et non álius.  
Repósita est hec spes mea in sinu  
meo.

1506:87v; AS:583; Ant-1519-P:188r; Brev-1531-P:53r.

7533. 8. Resp. VII.

**R** Equi- em \* e- té- r- nam do-na e- is  
Dómi- ne. †Et lux perpé-tu-a lú- ce- at e-  
7533a. is. **V**. Qui Lá- za-rum re-susci-tásti a monuménto fé-  
ti- dum, tu e- is Dómi-ne do- na ré- qui- em.  
†Et lux.

*Lectio nona. (Job. x. 18.)*

**Q**Uare de vulva eduxisti me ? qui  
útinam consúmptus essem ne  
óculus me vidéret. Fuísem quasi non  
essem : de útero translátus ad tú-  
mulum. Nunquid non páucitas dié-  
rum meórum finiéatur brevi ? Dimítte  
ergo<sup>459</sup> me ut plangam páululum do-

lórem meum, ántequam vadam et non  
revértar ad terram tenebrósam : et  
opértam mortis calígine. Terram  
misérie et tenebrárum, ubi umbra  
mortis et nullus ordo : sed sempi-  
térnus horror inhábitans.<sup>460</sup>

1506:88r; AS:583; Ant-1519-P:188v; Brev-1531-P:53r.<sup>461</sup>

9. Resp.

II.



I-be-ra me \* Dó- mi-ne de mor-te e-tér- na  
 in di- e il-la tre-mén- da. †Quando ce- li mo- vén-  
 di sunt et terra. ♫Dum vé- ne-ris ju-di- cá- re  
 sé- cu-lum per ig- nem. ⁊ Di- es il-la di- es i- re  
 ca-lami-tá-tis et mi-sé-ri- e : di- es magna et a-má-ra  
 val- de. †Quando.

7091.

7091g.


Vigilie mortuorum.

[88v.] *Et dicitur usque ad Dum vénoris. tantum.*

7091t.




*XV. Quid ergo mi-sér-rimus quid di-cam vel quid fá-ci- am*



*dum nil bo-ni pér-fe-ram ante tan-tum jú-di-cem ? ‡Dum*


7091z.



*vé- ne-ris. XV. Nunc Christe te pé-ti-mus mi-se-*



*ré-re qué-sumus qui ve-nís-ti re-díme-re pérdi-tos :*



*no-li damná-re re-démpitos. ‡Dum.*

**C** Deinde repetatur responsorium Libera me Dómine. quod per totum annum observetur quandocunque corpus adest presens : et in anniversariis et trigintalibus episcoporum et quatuor personarum principalium scilicet decani, cantoris, cancellarii, thesaurarii : et in die animarum tantum. In omnibus vero aliis vigiliis mortuorum in quibus dicitur predictum responsorium tunc finito ultimo versu non dicatur Dum vénoris. sed statim reincipiatur Libera me Dómine. et repetatur usque in finem.

**C** Quandocunque corpus adest presens, in omnibus anniversariis et trigintalibus, et quando ultimo fit servitium mortuorum ante pascha : ac etiam in die animarum : semper erit predictum responsorium Libera me Dómine de morte. ultimum : et semper dicitur cum tribus versibus supradictis nisi in die animarum tantum : tunc enim dicitur cum his XV. Dies illa. Quando celi. ut supra.

Vigilie mortuorum.

1506:88v; AS:584; Ant-1519-P:189r; Brev-1531-P:53r.<sup>462</sup>

7091z.

*XV. Ardéntes á-ni-me flent si-ne fi-ne flent si-ne fi-ne am-*

*bu-lántes per té-nebras di-cúntque síngu-le ve, ve, ve : quán-*

7091d.

*te sunt té-nebre. ‡Dum vé- ne-ris. XV. Cre- á-tor ómni-*

*um re-rum De-us, qui me de lymo ter-re formás-ti et*

*mi-ra-bí-li- ter sángui-ne própri- o re-demís-ti, corpúsque*

*me- um li-cet mo-do pu-trés-cat, de se-púlchro fá-ci- as in*

*di- e ju-dí-ci- i re-susci-tá- ri, ex-áudi ex-áudi me et*

*á-nimam me- am in si-nu Abra-he pa-tri- árche tu- i jú-*

Vigilie mortuorum.

be-as collo-cá-ri. †Dum vé-ne-ris.

**C** Deinde repetatur responsorium ut supra dictum est. In omni vero iij. et vi.<sup>463</sup> feria per annum quandocunque fuerit vigilia mortuorum cum ix. psalmis et iij. lectionibus tantum : tunc sit hoc tertium *R*. Líbera me Dómine de viis inférnii. †Qui portas éreas confregísti et visitásti inférnum : et dedísti eis lumen ut viderent te qui erant in penis tenebrárum. *X*. Clamántes et dicéntes, Advenísti Redémptor noster. †Qui portas.

**C** Non repetatur hoc responsorium.

<sup>464</sup>Deinde dicat sacerdos executor officii ante laudes, loco nec habitu mutato hunc versum.

1506:89r; Ant-1519-P:180r; Brev-1531-P:53r.<sup>465</sup>

sar0719.

Requi- éscant in pa-ce. *R*. Amen.

Iste *X*. predictus dicatur semper ante laudes supradicto modo nisi a die animarum usque ad quartam reriam ante pascha, nam tunc non sequuntur laudes eontinue post Dírige. sicut infra patebit.

*In laudibus.*

1506:89v; AS:585; Ant-1519-P:190r; Brev-1531-P:53r.

1. Ant.

IV.iii.

2810.



[89r.]

X-ultá-bunt. Amen.

*Psalmus. (l.)*

**A**Iserére m̄ei Deus : secúndum magnam misericordiam tuam.

2. Et secúndum multitúdinem miserationū tuárum : dele iniquitátem meam.

3. Amplius lava me ab iniquitáte mea : et a peccátō m̄eo munda me.

4. Quóniam iniquitátem meam égo cognósco : et peccátum meum contrā mē est semper.

5. Tibi soli peccávi et malum cōrām te feci : ut justificérис in sermónibus tuis et vincas cūm jūdicáris.

6. Ecce enim in iniquitáribus concéptus sum : et in peccátis concépit mē māter mea.

7. Ecce enim veritátem dílexísti : incépta et occulta sapiéntie tue maniféstasti michi.

8. Aspérges me<sup>466</sup> ysópo ēt mundábor : lavábis me et super nivēm dēalbábor.

9. Audítui meo dabis gáudium ēt letíciā : et exultábunt ossa hūmiliáta.

10. Avérte fáciem tuam a peccátis meis : et omnes iniquitátes mēas dele.

11. Cor mundum crea īn me Deus : et spíritum rectum ínnova in viscēribus meis.

12. Ne projícias me a fācīe tua : et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

13. Redde michi letíciā salutāris tui : et spíritu principali confírma me.

14. Docébo iníquos viás tuas : et ímpii ad tē cōverténtur.

15. Líbera me de sanguínibus Deus Deus salútis mee : et exultábit lingua mea justiciā tuam.


16. Dómine lábia mēa apéries : et os meum annunciaribꝫ lāudem tuam.

17. Quóniam si voluisses sacrificiū dedissem : útique olocáustis nōn dēlectáberis.

18. Sacrificium Deo spíritus contríbulátus : cor contrítum et humiliátum Deūs nōn despicies.

19. Benígne fac Dómine in bona voluntáte tūa Sion : ut edificéntur mūri Hierúsalem.

20. Tunc acceptábis sacrificium justicie oblationes et ôlocáusta : tunc impónent super altárē tūum vítulos.



Exultá-bunt \* Dómi-no ossa hu-mi-li- á-ta.

1506:89v; AS:585; Ant-1519-P:190r; Brev-1531-P:53r.

2. Ant.  
VIII.i.

2767.



X-áudi Dómi-ne. Amen.

*Psalmus. (lxijij.)*

**T**E decet hymnus Déüs in Syon :  
Et tibi reddétur votūm ī Hie-  
rúalem.

2. Exáudi oratiōnem meam : ad te  
omniš cárō véniet.

3. Verba iniquórum prevaluerunt  
super nos : et impietáibus nostris tu  
próp̄iciáberis.

4. Beátus quem elegísti et assump-  
tísti : inhabitábit in átriis tuis.

5. Replébimur in bonis dōmus tue :  
sanctum est templum tuum mirábile  
īn équitáte.

6. Exáudi nos Deus salutáris noster :  
spes ómnium finium terre et ī māri  
longe.

7. Préparans montes in virtúte tua  
accínc̄tūs poténtia : qui contúrbas  
profundum maris sonum flūctuum  
ejus.

8. Turbabúntur gentes et timébunt [90r.]  
qui hábitant térm̄inos a signis tuis :  
éxitus matutíni et vésperē délectábis.

9. Visitásti terram et inebriásti eam :  
multiplicásti locuplētāre eam.

10. Flumen Dei repléttū est aquis :  
parásti cibum illórum quóniam ita est  
preparátiō ejus.

11. Rivos ejus inébrians<sup>467</sup> multíplica  
gením̄na ejus : in stillicídii ejus le-  
tābitur gérminans.


12. Benedíces coróne anni benigni-  
tatis tue : et campi tui replebúntūr  
ubertáte.

13. Pinguésc̄nt speciósā déserti : et  
exultatiōne collēs accingéntur.

14. Indúti sunt aríetes óvium, et  
valles abundábunt fruménto : clá-  
mábunt étenim hýmnum dicent.



Ex-áudi Dómi-ne \* o-ra-ti- ónem me- am ad te omnis




ca-ro vé-ni- et.

1506:90r; AS:585; Ant-1519-P:190v; Brev-1531-P:53r.<sup>468</sup>

3. Ant.

VII.ii.



3725.

E suscé- pit. Amen.

*Psalmus. (lxij.)*

**D** Eus D̄eūs meus : ad te dē  
lūce vīgilo.

2. Sitívit in te áñima mea : quam  
multiplíciter tibi cāro mea.

3. In terra desérta ívia et inaquósa,  
sic in sancto appárui tibi : ut vidérem  
virtútem tuam et glóriam tuam.

4. Quóniam mélior est misericórdia  
tua súper vitas : lábia mēa laudábunt  
te.

5. Sic benedícam te in vīta mea : et  
in nómine tuo levábō mānus meas.

6. Sicut ádipe et pinguédine reple-  
átur áñima mea : et lábiis exultatiónis  
laudábit os meum.

7. Sic memor fui tui super stratum  
meum, in matutínis meditábor in te :  
quia fuísti adjútor meus.

8. Et in velaménto alárum tuárum  
exultábo, adhésit áнима mēa post te :  
me suscépit dēxtera tua.

9. Ipsi vero in vanum quesíerunt á-  
nímam meam : introíbunt in inferióra  
terre, tradéntur in manus gládii partes  
vúlpium erunt.

10. Rex vero letábitur in Deo,  
laudabúntur omnes qui jürānt in eo :  
quia obstrúctum est os loquéntiūm  
iníqua.

*Psalmus. (lxvj.)*

**D** Eus misereátur nostri et benedí-  
cat nobis : illúminet vultum  
suum super nos, et misereátur nostri.

2. Ut cognoscámus in terra vī-  
tuam : in ómnibus géntibus salūtāre  
tuum.

3. Confiteántur tibi pōpūli Deus :  
confiteántur tibi pōpūli omnes.


4. Leténtur et exúltent gentes,

quóniam júdicas pópulos in équitáte :  
et gentes in térra dírigis.

5. Confiteántur tibi pópuli Deus,  
confiteántur tibi pōpūli omnes : terra  
dedít frūctum suum.

6. Benedícat nos Deus Deus noster,  
benedícat nos Deus : et métuant eum  
omnēs fīnes terre.

Vigilie mortuorum.



Me suscé- pit \* déxte-ra tu-a Dómi-ne.

1506:90r; AS:585; Ant-1519-P:190v; Brev-1531-P:53r.


4. Ant.

II.i.

1191.



porta ínfe-ri. Amen.



A porta ínfe-ri \* é-ru-e Dómi-ne á-nimam me-am.

*Psalmus. [Canticum Ezechie. Esaie xxxvij.]*

- [90v.] **G**o dixi : In dimídio diérum  
meórum vadam ad pôrtas ínferi.  
2. Quesívi résiduum annórūm  
meórum : dixi Non vidébo Dóminum  
Deum in terra vivéntium.  
3. Non aspíciam hómīnem ultra : et  
habitatōrem quiétis.  
4. Generátio mea abláta est et con-  
volútā est a me : quasi tabernácūlūm  
pastórum.  
5. Precísā est velut a texénte vīta mea :  
dum adhuc ordírer succídit me.  
6. De mane usque ad vésperam fí-  
nies me : sperábam usque ad mane,  
quasi leo sic contrívit ómniā óssa mea.  
7. De mane usque ad vésperam fí-  
nies me : sicut pullus hyrúndinis sic  
clamábo meditábōr ut colúmba.  
8. Attenuáti sunt ócūli mei : sus-

piciéntēs in excélsum.

9. Dómine vim pátor respónde pro  
me : quid dicam aut quid respondébit  
michi cūm ipse fécerim.

10. Recogitábo tibi omnes annos  
meos : in amarítudine ánimé mee.

11. Dómine si sic vivitur et in  
tálibus vita, spíritus mei corrípies me  
et vivíficábis me : ecce in pace  
amarítudo meā amaríssima.

12. Tu autem eruísti ánimam meam  
ut nōn períret : projecísti post tergum  
tuum ómnia péccāta mea.

13. Quia non inférnus confitébitur  
tibi, neque mórs laudábit te : non  
expectábunt qui descéndunt in lacum  
veritatem tuam.


14. Vivens vivens ipse confitébitur  
tibi sicut et ēgo hódie : pater filiis no-

Vigilie mortuorum.

tam fáciet veritátem tuam.

15. Dómine sálvum me fac : et psal-

mos nostros cantábimus cunctis dié-  
bus vite nostre ĩn dômo Dómini.




A porta ífe-ri \* é-ru-e Dómi-ne á-nimam me-am.

1506:90v; AS:585; Ant-1519-P:190v; Brev-1531-P:53r.

5. Ant.

VII.i.



4154.

M- nis spí- ri- tus. Amen.

*Psalmus. (cxlvij.)*

**L**AUDÁTE DÓMINUM de celis :  
LAUDÁTE eum ĩn excélsis.

2. LAUDÁTE eum omnes āngeli ejus :  
LAUDÁTE eum omnes vīrtutes ejus.

3. LAUDÁTE eum sōl et luna : laudáte  
eum omnes stēlle et lumen.

4. LAUDÁTE eum céli celórum : et  
aque omnes que super celos sunt,  
laudēnt nōmen Dómini.

5. Quia ipse dīxīt et facta sunt : ipse  
mandávit ēt créata sunt.

6. Státuit ea in séculum et in  
séculum séculi : precéptum pósuit et  
nōn prēteríbit.

7. LAUDÁTE DÓMINUM de terra :  
dracónes et ômnes abýssi.

8. Ignis grando nix glácies spíritus

prōcellárum : que fáciūnt vērbum  
ejus.

9. Montes et ômnes colles : ligna  
fructífera ēt ômnes cedri.

10. Béstie et univērsa pécora :  
serpéntes et vólucrēs pennáte.

11. Reges terre et ômnes pôpuli :  
príncipes et omnes júdices terre.

12. Júvenes et vírgines senes cum  
junióribus laudent nōmen Dómini :  
quia exaltátum est nomen ējus solíus.

13. Conféssio ejus super célu[m] et  
terrā : et exaltávit cornu pôpuli sui.

14. Hymnus ómnibus sânc̄tis ejus :  
filiis Israel pôpulo appropinquânti [91r.]  
sibi.

*Psalmus. (cxlii.)*

**C**ANTÁTE DÓMINO canticum no-  
vum : laus ejus in ecclésiâ

sanctórum.

2. Letétur Israel in eo qui fécit eum :

et filii Syon exultent in rége suo.

3. Laudent nomen ejus in choro :  
in tympano et psalterio psallant ei.

4. Quia beneplacitum est Dómino  
in populo suo : et exaltavit mansuetos  
in salutem.

5. Exultabunt sancti in glória :  
letabuntur in cubilibus suis.

6. Exultationes Dei in gutture eorum :  
et gladii ancipites in manibus

eorum.

7. Ad faciéndam vindictam in nationibus : increpatiōnes in populis.

8. Ad alligandos reges eorum in compéndibus : et nobiles eorum in manicis ferreis.

9. Ut fácient in eis judicium conscriptum : glória hec est omnibus sanctis ejus.

*Psalmus. (cl.)*


**L**AUDÁTE DÓMINUM IN SĀNTIS EJUS :  
LAUDÁTE EUM IN FIRMAMENTO  
VIRTUTIS EJUS.

2. LAUDÁTE EUM IN VIRTUÍBUS EJUS :  
LAUDÁTE EUM SECUNDUM MULTITUDINEM  
MAGNITUDINIS EJUS.

3. LAUDÁTE EUM IN SÔNO TUBE :  
LAUDÁTE EUM IN PSALTERIO ET CÝTHARA.

4. LAUDÁTE EUM IN TYMPANO ET  
CHORO : LAUDÁTE EUM IN CÓRDIS ET  
ÓRGANO.

5. LAUDÁTE EUM IN CÝMBALIS  
BENESONANTIBUS, LAUDÁTE EUM IN CÝMBALIS  
JUBILATIÓNIS : OMNIS SPÍRITUS LAUDET DÓMINUM.



Omnis spí- ri- tus \* lau- det Dó- mi- num.

8183.

X. Réquiem etérnam dona eis Dómine.

R. Et lux perpétua [lúceat eis].


1506:91r; AS:585; Ant-1519-P:190v; Brev-1531-P:53r.<sup>469</sup>

2601.



Ant.

II.i.



- go sum. Amen.

*Psalmus. (Canticum Zacharie. Luce. j. 68.)*

**B**enedictus Dominus Deus Israel :  
quia visitavit et fecit redemp-  
tionem plебis sue.

2. Et erexit cornu salutis nobis : in  
domo David pueri sui.

3. Sicut locutus est per os sanctorum :  
qui a seculo sunt prophetarum ejus.

4. Salutem ex inimicis nostris : et  
de manu omnium qui odierunt nos.

5. Ad faciendam misericordiam cum  
patribus nostris : et memorari tes-  
tamентi sui sancti.

6. Jusjurandum quod juravit ad  
Abraham patrem nostrum : datum  
se nobis.

7. Ut sine timore de manu inimi-

corum nostrorum liberati : serviāmus  
illi.

8. In sanctitate et justiciā coram ipso :  
omnibus diebus nostris.

9. Et tu puer propheta Altissimi  
vocaberis : preibis enim ante faciem  
Domini parare vias ejus.

10. Ad dandam scientiam salutis  
plebi ejus : in remissionem peccatorum  
eorum.

11. Per viscera misericordie Dei nostri :  
in quibus visitavit nos orientis ex alto.

12. Illuminare his qui in tenebris et  
in umbra mortis sedent : ad dirigendo  
pedes nostros in viam pacis.

Ego sum \* re-surrécti-o et vi-ta qui cre-dit in me  
é-ti- am si mórtu-us fú-e-rit vi-vet, et om-nis qui vi- [91v.]  
vit et cre-dit in me non mo-ri- é-tur in e-térnum.


1506:91v; AS:586; Ant-1519-P:190v; SB-P:281.<sup>470</sup>



Y-ri- e-léyson. R. Christe-léyson. V. Ky-ri- e-

509501.

<sup>†</sup>Omittatur inflectionem in tonis IV, V et VII.



léyson.

*Deinde dicatur Pater noster. sine pronunciatione Et ne nos.*

*Et dicatur iste psalmus sine nota hoc modo.*

(*Psalmus xxix.*)

**P**Xaltábo<sup>471</sup> te Dómine quóniam suscepísti me : nec delectásti inímicos meos super me.

2. Dómine Deus meus clamávi ad te : et sanásti me.

3. Dómine eduxísti ab inférno ánimam meam : salvásti me a descendéntibus in lacum.

4. Psállite Dómino omnes sancti ejus : et confitémini memórie sanctitátis ejus.

5. Quóniam ira in indignatióne ejus : et vita in voluntáte ejus.

6Ad vésperum demorábitur fletus : et ad matutínum letícia.

7. Ego autem dixi in abundántia mea : Non movébor in etérnum.

8. Dómine in voluntáte tua : presti-

tísti decóri meo virtútem.

9. Avertísti fáciem tuam a me : et factus sum conturbátus.

10. Ad te Dómine clamábo : et ad Deum meum deprecábor.

11. Que utíltas in sanguine meo : dum descéndo in corruptiónem.

12. Nunquid confitébitur tibi pulvis : aut annunciábit veritátem tuam.

13. Audívit Dóminus et misértus est mei : Dóminus factus est adjútor meus.

14. Convertísti planctum meum in gáudium michi : concidísti saccum meum, et circundedísti me letícia.

15. Ut cantet tibi glória mea et non compúngar : Dómine Deus meus in etérnum confitébor tibi.

*Quo finito dicat sacerdos loco nec habitu mutato Réquiem etérnam. et cetera ut supra ad vesperas 238. cum orationibus subscriptis secundum ordinem et numerum orationum que prius dicebantur ad vesperas videlicet pro corpore presenti, oratio. Deus cui próprium. major ut supra ad vesperas. 239.*

*In die anniversario cujusunque fuerit oratio. Deus cui próprium. minor ut supra ad vesperas. 240.*


*Pro trigintali cujuscunque fuerit ad laudes tautum.*

Vigilie mortuorum.

*Oratio.*

**M**nípotens sempítérne Deus cui  
nunquam sine spe misericórdie  
supplicártur, propiciáre áime fámuli

tui *vel* fámule tue : ut qui de hac vita  
in tui nóminis confessióne decéssit,  
sanctórum tuórum número fáciás



aggre-gá-ri.

**P**ro episcopis defunctis ad laudes tantum.

**D**eus cujus misericórdie non est  
númerus, súscipe pro animábus  
famulórum tuórum pontíficum preces

nostras : et lucis eis leticiéque regi-  
ónem in sanctórum tuórum societáte  
concéde.


**P**ro fratribus et sororibus ad laudes tantum.

[92r.]

*Oratio.*


**I**nclína Dómine aurem tuam ad  
preces nostras quibus miseri-  
córdiam tuam súpplices deprecámur :  
ut áimas famulórum famularúmque

tuárum quas de hoc século migráre  
jussísti : in pacis ac lucis régione  
constítuas, et sanctórum tuórum  
júbeas esse



consórtes. Per Christum Dómi-num nostrum. *R*. Amen.

Sequatur



O-rémus.

**D**einde dicitur privatim oratio pro defunctis familiaribus videlicet

*Oratio.*

**D**eus qui nos patrem et matrem  
honoráre precepísti : miserére

cleménter animábus patrum et ma-  
trum fratrum sorórum benefactórum

nostrórum defunctórum eorúmque  
ómnia peccáta dimítte : nosque eos in | etérne claritatis gáudio fac vidére.

*Vel aliqua alia ad placitum, quibus expletis sequatur oratio generalis in audientia sub eodem tono quo orationes priores dicebantur :*

[*Oratio.*]<sup>472</sup>

**A**Nimábus quésumus Dómine  
ómniū fidélium defunctórum  
orátio proficiat supplicántium : ut eas | et a peccátis ómnibus éxuas, et tue  
redemptiónis fáciás

par-tí-ci-pes. Qui cum De-o Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vis  
et regnas De-us per ómni- a sé-cu-la se-cu-ló-rum. *R̄.* Amen.

Requi- éscant in pa-ce. *R̄.* Amen.

**C**Sciendum est quod in vigiliis mortuorum tam iij. lectionum quam ix. lectionum a die animarum usque ad iiiij. feriam ante pascha sive corpus presens fuerit sive non : finito ultimo responsorio non dicatur *V.* Requiéscant in pace. sed statim post ultimum responsorium sequatur

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[*Psalmus.*] Exaltábo. (xxix.) 272. cum *V.* et orationibus eodem modo et ordine sicut alio tempore anni post laudes dici solent : laudes vero tunc dicantur post matutinas de die et de sancta Maria : ita quod dicta antiphona post psalmus Benedíctus. dicatur

Kyrieléyson. Christeléyson. Kyrieléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

*Deinde sine pronuntiatione Et ne nos. dicatur sine nota sequens.*

*Psalmus. (cxli.)*

**V**oce mea ad Dóminum clamávi :  
voce mea ad Dóminum depre-  
cátus sum.

2. Effúndo in conspéctu ejus orati-  
ónem meam : et tribulatióne me-  
am ante ipsum pronúncio.

3. In deficiéndo ex me spíritum me-  
um : et tu cognovísti sémitas meas.

4. In via hac qua ambulábam :  
abscondérunt láqueum michi.

5. Considerábam ad déxteram et  
vidébam : et non erat qui cog-  
nóscret me.

6. Périit fuga a me : et non est qui  
requírat ánimam meam. [92v.]

7. Clamávi ad te Dómine : dixi, Tu  
es spes mea, pórtio mea in terra  
vivéntium.

8. Inténde ad deprecationem meam :  
quia humiliátus sum nimis.

9. Líbera me a persequéntibus me :  
quia confortáti sunt super me.

10. Educ de custódia ánimam  
meam, ad confiténdum nómini tuo :  
me expéctant justi, donec retríbuas  
michi.

**C** Quo dicto dicat sacerdos loco nec habitu mutato *XV.* et orationes eodem modo per  
omnia quo prius dicebantur ad vesperas videlicet ad Placébo.

### [*Commendatio animarum.*]

**C** Notandum est vero quod quandocunque per totum annum missa pro corpore presenti,  
anniversario, vel trigintali cuiuscunque in choro vel in capitulo fuerit celebranda : ubi et  
missa ibi etiam commendatio animarum statim post primam ante missam capitularem  
pro defunctis a tota choro cum nota dicatur incipiente antiphonam aliquo de superiore  
gradu. Ita tamen quod si in die sepultures deportetur corpus ad ecclesiam : tunc finita  
oratione Súscipe Dómine ánimam servi tui. vel ancílle tue. statim sequatur com-  
mendatio animarum eodem modo et ordine sicut post deportationem corporis ad  
ecclesiam supradictum est. Preterea omni die per totam xl. quando de feria agitur :  
statim post primam ante missam capitularem dicatur in choro commendatio animarum :  
nisi in crastino festorum duplicitum : et hoc sine nota quando Dírige. sine nota preceserit.  
Et sciendum est quod quandocunque dicatur commendatio animarum : semper dicatur  
sedendo usque ad antiphonam post laudes dicendam.<sup>473</sup>

Ant.  
VII.ii.

4617.  Equi- em e-térmam. Amen.

*(Psalms cxvij.)*

**B**éati immaculáti in via : qui ámbulant ī lēge Dómini.

2. Beáti qui scrutántur testi-mônia ejus : in toto corde ēxquirunt eum.
3. Non enim qui operántur ini-quitátem : in viis ejus ámbulavérunt.
4. Tu mandásti mandáta tua : cus-todíri nimis.
5. Utinam dirigántur vié mee : ad custodiéndas justificatiōnes tuas.
6. Tunc nōn confúndar : cum perspéxero in ómnibus māndátis tuis.
7. Confitébor tibi in directiōne cordis : in eo quod dídicí judície tue.
8. Justificatiōnes tūas custódiam : non me derelínquas úsquequáque.
9. In quo córrigit adolescéntior vi-am suam : in custodiéndo sērmōnes tuos.
10. In toto corde meo ēxquisívi te : ne repéllas me a māndátis tuis.
11. In corde meo abscóndi elóquia tua : ut nōn pēccem tibi.
12. Benedíctūs es Dómine : doce me justificatiōnes tuas.
13. In lábiis meis pronunciávi : ómnia judíciā ôris tui.
14. In via testimoniórum tuórum

dēlectátus sum : sicut in ómnibūs divitiis.

15. In mandátis tuis ēxercébor : et considerábō viás tuas. [93r.]
16. In justificatiōnibus tuis mēditábor : non oblíviscar sērmōnes tuos.
17. Retribue servo tuo vivífica me : et custódiam sērmōnes tuos.
18. Revélá ócūlos meos : et con-siderábo mirabília dē lēge tua.
19. Incola ego sūm in terra : non abscóndas a me māndáta tua.
20. Concupívit áнима mea desi-deráre justificatiōnes tuas : ī omni tempore.
21. Increpásti supérbos : maledícti qui declínant a māndátis tuis.
22. Aufer a me opprórium ēt contémptum : quia testimónia tuā ēxquisívi.
23. Etenim sedérunt príncipes et advérsus me lōquebántur : servus autem tuus exercebátur in justificatiōnibus tuis.
24. Nam et testimónia tua meditá-tio mea est : et consílium meum justificatiōnes tue.
25. Adhésit paviménto ánimá mea : vivífica me secúndūm vērbum tuum.

26. Vias meas enunciávi et êxaudísti me : doce me justificatiōnes tuas.

27. Viam justificatiōnum tuárum înstруe me : et exercébor in mirabili-bus tuis.

28. Dormitávit áнима mēa pre tédio : confirma me īn vērbis tuis.

29. Viam iniquitatis âmōve a me : et de lege tua misérere mei.

30. Viam veritatis elégi : judícia tua nōn sūm oblítus.

31. Adhési testimóniis tuis Dómine : nolí mē confundere.

32. Viam mandatórum tuórum cu-cúri : cum dilatâsti cor meum.

**L**Egem pone michi Dómine viam justificatiōnum tuárum : et ex-quíram éam semper.

34. Da michi intelléctum et scrutábor lègem tuam : et custódiam illam in totō cōrde meo.

35. Deduc me in sémita mandato-rum tuórum : quiā ipsam vólui.

36. Inclína cor meum in testimoniā tua : et non īn âvariciam.

37. Avérte óculos meos ne vídeant vânitátem : in via tua vívifica me.

38. Státue servo tuo elóquium tuum : in tímore tuo.

39. Amputa obpróbrium meum quod sūspicátus sum : quia judícia tua jocúnda.

40. Ecce concupívi mandata tua : in equitáte tua vívifica me.

41. Et véniat super me misericórdia tua Dómine : salutare tuum secún-dum elóquium tuum.

42. Et respondébo exprobrántibus michi verbum : quia sperávi in ser-mónibus tuis.

43. Et ne áuferas de ore meo ver-bum veritatis ūsquequáque : quia in judíciis tuis sūp̄sperávi.

44. Et custódiam legem tuam sem-per : in séculum et in séculum séculi.

45. Et ambulábam in lātitúdine : quia mandáta tuā êxquisívi.

46. Et loquébar in testimóniis tuis in conspèctu regum : et nōn cōfun-débar.

47. Et meditábar in mandatis tuis : quē diléxi.

48. Et levávi manus meas ad mandáta tua quē diléxi : et exercébor in justificatiōibus tuis.

49. Memor esto verbi tui sérvo tuo : in quo michi spēm dedísti.

50. Hec me consoláta est in hu-militate mea : quia elóquium tuum vívificávit me.

51. Supérbi iníque agébant ūsque-quáque : a lege autem tua nōn dé-clinávi.

52. Memor fui judiciórum tuórum a [93v.] século Dómine : et cōsolátus sum.

53. Deféctio ténuit me : pro pecca-tóribus derelinquéntibūs lègem tuam.

54. Cantábiles michi erant justi-

ficationes tue : in loco peregrinationis mee.

55. Memor fui nocte nōminis tūi Dómine : et custodívi lēgem tuam.

56. Hec fāctā est michi : quia justificatiōnes tuās exquisīvi.

57. Pórtio mēa Dómine : dixi custodirē lēgem tuam.

58. Deprecātus sum fāciem tuam in toto cōrde meo : miserére mei secundum elōquium tuum.

59. Cogitāvi vias meas : et converti pedes meos in testimoniā tua.

60. Parátus sum et non sūm turbátus : ut custódiam māndāta tua.

61. Funes peccatórum circumplēxi sunt me : et legem tuam nōn sūm oblītus.

62. Média nocte surgēbam ad confitēndum tibi : super judicīa justificatiōnis tue.

63. Párticeps ego sum ómnium timētiū te : et custodiētiū māndāta tua.

64. Misericórdia tua Dómine plēnā est terra : justificatiōnes tūas doce me.

65. Bonitātem fecisti cum servo tūo Dómine : secundūm vērbum tuum.

66. Bonitātem et disciplinām et sciētiām doce me : quia mandatīs tūis crēdidi.

67. Priúsq̄am humiliárer ēgō deliqui : proptérea elōquium tuūm cūstodívi.

68. Bōnus es tu : et in bonitāte tua doce me justificatiōnes tuas.

69. Multiplicāta est super me iniquitas sūperbōrum : ego autem in toto corde meo scrutábor māndāta tua.

70. Coagulátum est sicut lac cōr eórum : ego vero legem tuām mēditātus sum.

71. Bonum michi quia humiliāsti me : ut discam justificatiōnes tuas.

72. Bonum michi lex ḥoris tui : super mīlia aurī ēt argēnti.

73. Manus tue fecérunt me et plās mavérunt me : da michi intellēctum et discam māndāta tua.

74. Qui timent te vidébunt me et lētabúntur : quia in verba tua sūpēr sperávi.

75. Cognōvi Dómine quia équitas judicīa tua : et in veritatē tua hūmiliāsti me.

76. Fiat misericórdia tua ut cōsolētur me : secundum elōquium tuūm sērvo tuo.

77. Véniant michi miseratiōnes tūē et vivam : quia lex tua meditātio mea est.

78. Confundātur supērbi quia injūste iniquitatēm fecérunt in me : ego autem exercēbor in māndātis tuis.

79. Convertātur mīchī timētes te : et qui novérunt testimoniā tua.

80. Fiat cor meum immaculātum in

justificatiōnib⁹ tuis : ūt nōn confún-  
dar.

**D**Efecit in salutare tuum ānima  
mea : et in verbum tuum sūpēr-  
sperávi.

82. Defecérunt óculi mei in elō-  
qūium tuum : dicéntes quando con-  
sōlāberis me.

83. Quia factus sum sicut uter  
īn pruína : justificatiōnes tuas  
nōn sūm oblitus.

84. Quot sunt dies s̄ervi tui :  
quando fácies de persequéntib⁹ mē  
judícium.

85. Narravérunt michi iníqui fabu-  
lātiōnes : sed nōn ūt lex tua.

86. Omnia mandáta tūa véritas :  
iníqui persecuti sunt mē adjuva me.

87. Paulóminus consummavérunt  
mē in terra : ego autem non derelíqui  
māndāta tua.

[94r.] 88. Secúndum misericórdiam tuam  
vivífica me : et custódiam testimóniā  
ōris tui.

89. In etérnum Dómine : verbum  
tuum pérmānēt in celo.

90. In generatiōne et generatiōnem  
vêritas tua : fundásti tērram et pér-  
manet.

91. Ordinatiōne tua persevérat dies :  
quóniam ómnia s̄erviunt tibi.

92. Nisi quod lex tua meditātiō mea  
est : tunc forte periissim in humili-  
tāte mea.

93. In etérnum non oblíviscar  
justificatiōnes tuas : quia in ipsis vī-  
vificásti me.

94. Tuus sum ego s̄álvum me fac :  
quóniam justificatiōnes tuās exquisívi.

95. Me expectavérunt peccatóres ut  
pērderent me : testimónia tuā ī-  
telléxi.

96. Omnis consummatiōnis vīdi  
finem : latum mandátūm tūum nimis.

97. Quómodo diléxi legem tūam  
Dómine : tota die meditātiō mea est.

98. Super inimicos meos prudéntem  
me fecísti mandāto tuo : quia in ē-  
tērnum michi est.

99. Super omnes docéntes me ī-  
telléxi : quia testimónia tua meditātiō  
mea est.

100. Super senes ītelléxi : quia  
mandáta tūa quesívi.

101. Ab omni via mala prohíbui pē-  
des meos : ut custodiām vērba tua.

102. A judiciis tuis non dēclinávi :  
quia tu legem posūisti michi.

103. Quam dulcia fācibus meis e-  
lōqūia tua : super mēl ḡri meo.

104. A mandatis tuis ītelléxi :  
propterea odívi omnem viam īniqui-  
tatis.

105. Lucérna pēdibus meis vērbum  
tuum : et lumen sémitis meis.

106. Jurāvī et státui : custodíre  
judicia justicie tue.

107. Humiliátus sum usquequāque

Dómine : vivífica me secúndūm vērbum tuum.

108. Voluntária oris mei beneplácitā fac Dómine : et judíciā tūa doce me.

109. Anima mea in mánibus mēis semper : et legem tuam nōn sūm oblítus.

110. Posuérunt peccatóres lāquēum michi : et de mandátis tuīs nōn errávi.

111. Hereditáte acquisívī testimónia tua īn etérnum : quia exultatiō cōrdis mei sunt.

112. Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiōnes tuas īn etérnum : propter retributiōnem.

113. Iníquos ôdīo hábui : et legem tūam diléxi.

114. Adjútor et suscéptor mēus es tu : et in verbum tuum sūpērsperávi.

115. Declináte a mē malígni : et scrutábor mandátā Dēi mei.

116. Súscipe me secúndum elóquium tūum et vivam : et non confúndas me ab expectatiōne mea.

117. Adjuva me et sālvus ero : et meditábor in justificatiōnibūs tuīs semper.

118. Sprevísti omnes discedéntes a judíciis tuīs : quia injústa cogitatiō eórum.

119. Prevaricántes reputávi omnes peccatóres terre : ídeo diléxi testimónia tua.

120. Confige timóre tuo cārnes

meas : a judíciis enīm tūis tímui.

121. Feci judíciūm êt justiciam : non tradas me calumniāntibus me.

122. Súscipe servum tūum in bonum : non calumniéntūr mē su-pérbi.

123. Oculi mei defecérunt in salutare tūum : et in elóquium justicię tue.

124. Fac cum servo tuo secúndum misericordiām tuam : et justificatiōnēs tūas doce me.

125. Servus tūus sum ego : da michi intelléctum ut sciam testimónia tua.

126. Tempus faciēndi Dómine : dissipavérunt lēgem tuam.

127. Ideo diléxi mandāta tua : super [94v.] aurūm êt topázion.

128. Propterea ad ómnia mandáta tua dīrigébar : omnem viam iníquam ôdīo hábui.

**M**Irabília testimónia tūa Dómine : ídeo scrutáta est ea ânima mea.

130. Declaratiō sermónum tuorūm illūminat : et intelléctum dat párvulis.

131. Os meum apérui et attraxi spíritum : quia mandáta tua dēsiderábam.

132. Aspice in me et miserére mei : secúndum judíciūm diligentiūm nōmen tūum.

133. Gressus meos dīrige secúndum elōqūiūm tūum : et non dominétur

mei omnīs ījustīcia.

134. Rédime me a calūmniis hōminum : ut custódiam māndāta tua.

135. Fáciem tuam illūmina super sērvum tuum : et doce me justificatiōnes tuas.

136. Exitus aquārum deduxérunt óculi mei : quia non custodiérunt lēgem tuam.

137. Jūstūs es Dómine : et rectum judīcium tuum.

138. Mandásti justiciam testimoniā tua : et veritātem tūam nimis.

139. Tabéscere me fecit zēlus meus : quia oblīti sunt verba tua inimici mei.

140. Ignítum elóquium tuum vēheménter : et servus tuus dīlēxit illud.

141. Adolescéntulus sum ego ēt contémptus : justificatiōnes tuas nōn sūm oblītus.

142. Justicia tua justicia īn etérnum : et lēx tūa véritas.

143. Tribulatio et angústia īvenérunt me : mandáta tua meditatio mea est.

144. Equitas testimoniā tua īn e-ternum : intelléctum da mīchi et vivam.

145. Clamávi in toto corde meo exaudi me Dómine : justificatiōnes tūas requíram.

146. Clamávi ad te salvum me fac : ut custódiam māndāta tua.

147. Prevéni in maturitatē ēt cla-

mávi : quia in verba tua sūpērsperávi.

148. Prevenérunt óculi mei ad tē di-lúculo : ut meditárer elóquia tua.

149. Vocem meam audi secúndum misericordiam tūam Dómine : et secúndum judīcium tuum vívifica me.

150. Appropinquavérunt perse-quéntes me iniquitati : a lege autem tuā lōnge facti sunt.

151. Prope ēs tu Dómine : et omnes viē tūe véritas.

152. Inítio cognóvi de testimoniis tuis : quia in etérnum fūndāsti ea.

153. Vide humilitatē meam et ēripe me : quia legem tuam nōn sūm oblītus.

154. Júdica judīcium meum et rēdime me : propter elóquium tuum vívifica me.

155. Longe a peccatóribus salus : quia justificatiōnes tuas non exqui-siérunt.

156. Misericordie tue mūlte Dómine : secúndum judīcium tuum vívifica me.

157. Multi qui persecúntur me et trībulant me : a testimoniis tuis nōn déclinávi.

158. Vidi prevaricantes et tabescébam : quia elóquia tua non cūstodí-erunt.

159. Vide quóniam mandáta tua di-léxi Dómine : in misericordia tua vívifica me.

160. Princípium verbórum tuōrum

véritas : in etérnum ómnia judícia  
justicie tue.

161. Príncipes persecúti sūnt me  
gratis : et a verbis tuis formidávit cor  
meum.

[95r.] 162. Letábor ego super elóqūia tua :  
sicut qui invénit spólia multa.

163. Iniquitatēm ódio hábui et abō-  
minátus sum : legem autem tūam  
diléxi.

164. Sépties in die laudem díxi tibi :  
super judícia justicie tue.

165. Pax multa diligéntibus lègem  
tuam : et non ēst illis scándalum.

166. Expectábam salutare tūum  
Dómine : et mandáta tūa diléxi.

167. Custodívit ánima mea testimónia  
tua : et diléxit eā vêheménter.

168. Servávi mandáta tua et testimónia  
tua : quia omnes vie mee in côn-  
spéctu tuo.

169. Appropínquet deprecátiō mea  
in conspéctu tūo Dómine : juxta  
elóquium tuum da michī intelléctum.

170. Intret postulatiō mea in con-  
spéctu tuo : secúndum elóquium tu-  
ūm éripe me.

171. Eructábunt lábia mēa hymnum :  
cum docúeris me justificatiōnes tuas.

172. Pronunciábit lingua mea eló-  
qūum tuum : quia ómnia mandáta  
tūa équitas.


173. Fiat manus tūā ut salvet me :  
quóniam mandáta tūa elégi.

174. Concupívi salutare tūum Dó-  
mine : et lex tua meditatiō mea est.


175. Vivet ánima mea ēt laudábit te :  
et judícia tuā adjuvábunt me.

176. Errávi sicut ôvis que pérīit :  
quere servum tuum, quia mandáta tua  
nōn sūm oblítus.

 *Finitis psalmis repetatur antiphona.*



Requi- em e-térmam \* do-na e- is Dómi-ne : et lux per-



pé-tu- a lú-ce- at e- is.

Commendatio animarum.

1506:95r; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-SB-P:281.<sup>475</sup>

509501.

Y-ri- e-léyson. *R.* Christe-léyson. *V.* *Ky-ri- e-*  
léyson.

**C** Deinde dicitur Pater noster. et sine pronuntiatione Et ne nos inducas.

Sequatur sine nota iste psalmus.

(*Psalmus cxxxvij.*)

**D** Omine probásti me et cognovísti me : tu cognovísti sessiónem meam et resurrectionem meam.

2. Intellexísti cogitáções meas de longe : sémitam meam et funículum meum investigásti.

3. Et omnes vias meas previdísti : quia non est sermo in lingua mea.

4. Ecce Dómine tu cognovísti ómnia novíssima et antiqua : tu formásti me et posuísti super me manum tuam.

5. Mirábilis facta est sciéntia tua ex me : confortáta est et non pótero ad eam.

6. Quo ibo a spíritu tuo : et quo a fácie tua fúgiam.

7. Si ascéndero in celum tu illic es : si descéndero in inférnum ades.

8. Si súmpsero pennas meas di-lúculo : et habitávero in extrémis

maris.

9. Etenim illuc manus tua dedúcet me : et tenébit me déxtera tua. [95v.]

10. Et dixi, Fórsitan ténebre conculcábunt me : et nox illuminátio mea in delíciis meis.

11. Quia ténebre non obscurabúntur te : et nox sicut dies illuminábitur, sicut ténebre ejus ita et lumen ejus.

12. Quia tu possedísti renes meos : suscepísti me de útero matris mee.

13. Confitébor tibi quia terribíliter magnificátus es : mirabília ópera tua, et ánima mea cognósctet nimis.

14. Non est occultátum os meum a te quod fecísti in occúlto : et substáncia mea in inferióribus terre.

15. Imperfécum meum vidérunt óculi tui, et in libro tuo omnes scribéntur : dies formabúntur et nemo in eis.

16. Michi autem nimis honorificáti sunt amíci tui Deus : nimis confortátus est principátus eórum.

17. Dinumerábo eos et super arénam multiplicabúntur : exurréxi, et adhuc sum tecum.

18. Si occíderis Deus peccatóres : viri sanguinum declináte a me.

19. Quia dícitis in cogitatióne : Accípient in vanitáte civitátes suas.

20. Nonne qui odérunt te Dómine óderam : et super inimícos tuos tabescébam.

21. Perfécto ódio óderam illos : inimíci facti sunt michi.

22. Proba me Deus et scito cor meum : intérroga me, et cognósce sémitas meas.

23. Et vide si via iniquitátis in me est : et deduc me in via etéerna.

**C** <sup>476</sup>*Deinde sine intervallo incipiatur missa pro defunctis sacerdote interim exeunte ad locum sepulchri signandum si corpus presens affuerit : ut supra dictum est. Tamen quandocunque singillatim extra dicitur commendatio animarum : tunc immediate post psalmum Dómine probásti me et [cognovísti me].<sup>477</sup> sequatur*

*V.* Réquiem etérnam [dona eis Dómine.

*R.*] Et lux [perpétua lúceat eis.

*V.*] A porta íferi.

[*R.*] Erue Dómine [ánimas eórum.

*V.*] Credo vidére [bona Dómini.

*R.*] In terra vivéntium.

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

*V.*] Orémus.

*Oratio.*

**T**ibi Dómine commendámus ánimás famulórum familarúmq[ue] tuárum : ut defúncti século tibi vivant : et que per fragilitátem conversatiónis

peccáta admisérunt, tu vénia misericordíssime pietatis abstérge. Per Christum Dóminum nostrum.

**C** *Nunquam dicatur alia commendatio in ecclesia Sarum sive corpus fuerit presens sive non.*<sup>478</sup>

[*Missa pro defunctis.*]

*Ad missam.*

*Officium. VI.*

1506:95v; GS:232; Grad-1508-C:45r; Missal-1513-C:45v.<sup>479</sup>


Equi- em e- té- nam do-na e- is Dómi- ne :  
et lux perpe-tu- a lú-ce- at e- is. Ps. Te de-cet  
hymnus De-us in Sy-on : et ti-bi reddé-tur vo-tum in [96r.]  
Hie-rú-sa-lem : ex-áudi o-ra-ti- ónem me- am ad te omnis  
ca-ro vé-ni- et.

*Quandocunque corpus adest presens, et in anniversariis et tribinalibus, et quando ultimo fit servitium mortuorum ante pascha, et in die animarum tantum : dicatur hic cantus.*

1506:96r; Grad-1508:54r.<sup>480</sup>

V.  
Y-ri- e- léy- son. iij. Christe- léy- son. iij.

Missa pro defunctis.



Ky- ri- e- léyson. ij. Ky- ri- e- léy- son.

*Quotidie ante diem sepulture cujuscunque fuerit dicatur ista oratio.*

**D**eus cui próprium est miseréri semper et párcere, te súpplices deprecámur pro ánima famuli tui *vel* fámule tue *N.* quam hódie de hoc século migráre jussísti : ut non tradas eam in manus inimíci : nec oblivious-

cáris in finem : sed júbeas illam ab ángelis sanctis súscipi atque ad regiónem vivórum perdúci : et<sup>481</sup> quia in te sperávit et crédidit sanctórum tuórum mereátur societáte letári. Per Dóminum.

*In die vero<sup>482</sup> sepulture cujuscunque fuerit corpus, dicatur ista oratio.*

**M**nípotens sempitérne Deus misericordiám tuam súpplices deprecámur : ut ániam fámuli tui<sup>483</sup> cuius córpori débitum sepultúre officium persólvimus : in sinum A-

brahe patriárche tui júbeas collocári : ut cum dies agnitionis tue advénerit, inter sanctos et eléctos tuos eum resuscitári precípias. Per Dóminum.

*In anniversariis de quoquaque fuerit dicatur ista oratio.*

**D**eus indulgentiárum Dómine da ánime fámuli tui *vel* fámule tue cuius anniversárium depositiónis diem

commemorámus : refrigérii sedem quiétis beatitúdinem [et]<sup>484</sup> lúminis claritátem. Per Dóminum.

*In die tricennali de quoquaque fuerit dicatur ista oratio.*

**D**eus cui próprium est miserére semper et párcere, propiciáre ánime fámuli tui *vel* fámule tue et ómnia ejus peccáta dimítte : ut mortis

vínculis absoluítis *vel* absoluítā : transíre mereátur ad vitam. Per Dóminum.

*In anniversario episcoporum tantum sic pronuncietur Deus indulgentiárum Dómine da ániam fámuli tui pontíficis cuius. et cetera ut supra.*

[96v.] *Hoc generaliter notandum est quod ad quamlibet missam que pro corpore presenti celebratur cujuscunque fuerit nisi pro rege vel regina vel pro alio magno domino : quinque orationes dicuntur ad missam : quarum prima pro corpore presenti ut supra ad missam :*

*secunda pro episcopis.*

*Oratio.*

**D**EUS qui inter apostólicos sacerdótes fámulos tuos pontificali fecisti dignitáte censéri : presta qué-

sumus ut quorum vicem ad horam gerébant in terris, eórum perpétuo consortio leténtur in celis.

*Secreta.*

**P**FFÉRIMUS tibi Dómine oblati-  
ónem nostre servitús, pro  
ánimabus famulórum tuórum pontí-  
ficum supplicántes : ut cum pre-

súlibus apostólice dignitátis, quorum  
sunt exécuti officium habére mere-  
ántur sempiterne beatitúdinis porti-  
ónem.

*Postcommunio.*

**P**ROFICIAT quésumus Dómine ani-  
mábus famulórum tuórum pon-  
tíficum divíni celebrátió mystérii : ut

quos in terris pósitos, hujus múnneris  
dispensatóres esse fecísti, inter eléctos  
antistítites eos júbeas connumerári.

*Tertio oratio pro fratribus et sororibus.*

[*Oratio.*]

**D**EUS vénie largítor et humáne  
salútis amátor,<sup>485</sup> quésumus cle-  
méntiam tuam : ut nostrárum con-  
gregatiónum fratres et soróres : qui ex  
hoc século transíerunt : intercedénte

beáta María semper vírgine et beáto  
Michaéle archángelo cum ómnibus  
sanctis : ad perpétue beatitúdinis con-  
sórtium perveníre concédas.

*Secreta.*

**D**EUS cujus misericórdie non est  
númerus, súscipe propítius  
preces humilitáris nostre : et ani-  
mábus fratrū et sorórū nostrárum

congregatiónum quibus tui nómínis  
dedísti confessiómem, per hec sacra-  
ménta salútis nostre cunctórum  
remissiónem tríbue peccatórum.

*Postcommunio.*

**P**RESTA quésumus omnípotens et  
miséricors Deus : ut ánime fra-  
trum et sorórū nostrárum congrega-

gatiónum : pro quibus hoc sacrificium  
laudis tue obtúlimus majestáti : per  
hujus virtútem sacraménti a peccátis

ómnibus expiáte, lucis perpétue te

miseránte recipiant beatitudinem.

**¶ Quarta oratio pro parentibus et benefactoribus.**

(*Oratio.*)

**B**Mnípotens et misericors Deus,  
única salus mortálium : te súp-  
lices exorámus pro animábus famu-  
lórum famularúmque tuárum, parén-  
tum et benefactórum nostrórum : ut

intercedénte beáta Dei genitrix  
María, cum ómnibus sanctis<sup>486</sup> : pec-  
catórum eis largíri dignérís indul-  
géntiam, et in novíssimo die beáte  
resurrectiónis letíciam.

*Secreta.*

**S**Anctifica quésimus Dómine  
hec fidélium ómnium vitália  
sacraménta et presta : ut<sup>487</sup> inter-  
veniénte beáta Dei genitrix María  
cum ómnibus sanctis tuis, ánime<sup>488</sup>

famulórum famularúmque tuárum  
paréntum et benefactórum nostró-  
rum<sup>489</sup> : ab ómnibus vitiis expiáte  
pábulo vite reficiántur etérne.

**¶ Postcommunio.**

[97r.] **P**Urifícet<sup>490</sup> nos quésimus Dó-  
mine salutáre quo pasti sumus  
sacraméntum : ut<sup>491</sup> interveniénte be-  
áta Dei genitrix María cum ómnibus  
sanctis tuis : concéde ut hoc ipsum  
proficiat animábus famulórum famu-

larúmque tuárum paréntum et bene-  
factórum nostrórum : ad prome-  
réndam tue propiciatiónis grátiam, et  
percipiéndam futúre resurrectiónis  
glóriam sempitérnam.

**¶ Quinta oratio generalis.**

(*Oratio.*)

**F**Idélium Deus ómnium Cónditor  
et Redémptor animábus ómni-  
um fidélium defunctórum remissi-  
ónem cunctórum tríbue peccatórum :  
ut indulgéntiam quam semper opta-

vérunt piis supplicatióibus conse-  
quántur. Qui cum Deo Patre et  
Spíritu Sancto vivis et regnas Deus.  
Per ómnia sécula seculórum.

*Secreta.*

**L**Ostias quésimus Dómine quas tibi pro animábus ómnium fidélium defunctórum offérimus pro-

piciátus inténde : ut quibus fidei Christiáne méritum contulísti dones et prémium.

*Postcommunio.*

**A**Nimábus quésimus Dómine ómnium fidélium defunctórum oratio proficiat supplicántium : ut eas et a peccátis ómnibus exúas, et tue

redemptiónis fácas esse partícipes. Qui cum Deo Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas Deus. Per ómnia sécula seculórum. Amen.<sup>492</sup>

**C**Item infra trigintale cujuscunque fuerit defuncti<sup>493</sup> : quinque dicuntur orationes quarum prima pro ipso trigintali. Item in omnibus aliis anniversariis quinque dicuntur orationes quarum prima pro anniversarius : cetere<sup>494</sup> ut supra pro corpore presenti.

Quandocunque corpus adest presens et in anniversariis episcoporum et in die animarum tantum.

**C**Lectio epistole beati Pauli ad Thessalonicenses. (I. iiiij. 13-18.)

**F**Ratres. Nólumus vos ignoráre de dormiéntibus : ut non contristémini, sicut et céteri qui spem non habent. Si enim crédimus quod Jesus mórtuus est et resurréxit : ita et Deus eos qui domiérunt per Jesum addúcet cum eo. Hoc enim vobis dícimus in verbo Dómini : quia nos qui vívimus qui résidui sumus, in advéntu Dómini non perveniémus eos

qui dormiérunt. Quóniam ipse Dóminus in jussu et in voce archángeli et in tube Dei descéndet de celo : et mórtui qui in Christo sunt, resúrgent primi. Deínde nos qui vívimus qui relínquimur : simul rapiémur cum illis in núbibus, óbviam Christo in áera : et sic semper cum Dómino érimus. Itaque consolámini ínvicem : in verbis istis.

**C**In omnibus aliis anniversariis et trigintalibus epistola.

*Lectio libri Machabeorum. (II. xij. 42-46.)*

[97v.] **J**IN diébus illis. Vir fortíssimus Ju-das<sup>495</sup> collatióne facta, duódecim mília dragmas argénti misit Hierosólymam : offérrí ea ibi pro peccátis mortuórum : juste et religióse de

resurrectiōne cógitans. Nisi enim eos qui cecíderant resurrectúros speráret : supérfluum viderétur et vanum oráre pro mórtuis. Sed<sup>496</sup> quia considerábat quod hi qui cum pietáte dormitióinem

accéperant : óptimam habérent repó-  
sitam grátiam. Sancta ergo et salúbris

est cogitáto pro defunctis exoráre : ut  
a peccátis solvántur.

*In omnibus aliis missis pro defunctis dicuntur he due epistole alternis vicibus per hebdomadam, ita tamen quod primo dicatur epistola Audívi vocem. quod per totum annum observetur quando ferialiter dicatur missa.*

*Epistola. Lectio libri Apocalypsis Johannis apostoli. (xiiij. 13.)*

**I**N diébus illis. Audívi vocem de  
celo, dicéntem michi, Scribe :  
Beati mórtui qui in Dómino mori-

úntur. Amodo enim<sup>497</sup> jam dicit Spí-  
ritus : ut requiéscant a labóribus suis.  
Opera enim illórum : sequúntur illos.

*Alia epistola. Ad Corinthios. (I. xv. 20-23.)*

**F**ratres. Christus resurréxit a  
mórtuis primítie dormiéntium :  
quóniam quidem per hóminem mors,  
et per hóminem resurréctio mortu-  
órum. Et sicut in Adam omnes mori-

úntur : ita et in Christo omnes  
vivificabúntur. Unusquísque autem  
in suo órdine. Per Jesum Christum  
Dóminum nostrum.<sup>498</sup>

**C**Sciendum autem quod istud sequens gradale scilicet Si ambulémus. nunquam debet  
dici pro corpore presenti episcoporum et eorum trignalibus et anniversariis secundum  
usum Sarisburiensis ecclesie : tunc enim dicatur a tribus clericis de secunda forma habitu  
non mutato ad caput defuncti : si corpus adest presens sinautem ad gradum chori dicatur  
gradale.

1506:97v; GS:61; Grad-1508:73v; Grad-1508-C:45v; Missal-1513:50r.<sup>499</sup>

Grad. I.

059-04.

I ámbu- lem \* in mé- di- o umbre

mor-tis, non ti-mé- bo ma- la : quó-ni- am

Missa pro defunctis.

059-05.

tu me- cum es Dómi-ne. *V.* Vir- ga

tu- a et bá- cu- lus tu-

us : ip- sa me conso-lá- ta [98r.]

\* sunt.

*In omnibus aliis missis defunctorum dicatur a toto choro istud gradale.*

GS:232; 1508-C:45v; 1513-C:46v.<sup>500</sup>

Grad. II.

**E**qui- em \* e-tér- nam do-na e- is Dó-

mi-ne : et lux perpé- tu- a

lú- ce- at e- is.

Missa pro defunctis.

*Hoc modo finiatur quando feriale dicitur missa.*

e- is.  
 VII. Anime e-ó- rum in bo-  
 nis demo-rén- tur : et semen e-ó-  
 rum he-ré- di-tet ter- ram.

*Hoc modo finiatur quando feriale dicitur missa.*

ter-ram.

*Quando corpus adest presens et in anniversariis episcoporum dicatur tractus Sicut cervus. a quatuor clericis de superiori gradu habitu non mutato ad caput defuncti interim stantibus continuo si corpus adest presens : sin autem ad gradum chori : ita tamen quod omnes illi iij. clerici simul primum versum incipient quem duo ex parte cliori principali prosequentur et ita alterius vicibus. Singuli versus ab illis iij. clericis totius tractus dicantur choro interim sedente. Ita tamen quod omnes simul ipsum tractum terminent.*

1506:98v; GS:112; Grad-1508:108v, C:45v; Missal-1513:86v, C:46v.<sup>501</sup>

079-04. Tract. VIII.

[98v.] I-cut cer-vus \* de-sí- de-rat ad fontes aquá-

Missa pro defunctis.

The musical score consists of four-line staves, likely for four voices or instruments. The notation uses square neumes on a four-line staff, with a sharp sign indicating the key signature. The lyrics are written below the staves in a Gothic script. The text includes:

rum : i- ta de- sí-de-rat á-nima me- a ad te  
De- us. *V.* Si-tí- vit á-nima me- a ad  
De-um vi- vum : quando vé-ni- am et appa-  
ré- bo ante fá- ci- em De- i me- i.  
*V.* Fu- é- runt michi láchrime me e  
pa-nes di- e ac noc- te dum dí-ci- tur michi  
per sín-gu-los di- es u- bi est De- us tu-  
us.

Missa pro defunctis.

[99r.] *In omnibus aliis missis pro defunctis dicitur a toto choro iste tractus cum cantu sequenti.*

1506:99r; GS:25; Grad-1508:42v, C:46r; Missal-1513:24r, C:46v.<sup>502</sup>

Tract.  
034-06. VIII.



E pro-fún-dis \* clamá- vi ad te Dó-mi-ne :

Dómi- ne ex-áu-di vo- cem me-

am. *XV.* Fi- ant aures tu- e in-tendén- tes :

in o- ra- ti- ó- nem

ser- vi tu-

i. *XV.* Si i-niqui-tá-tes ob-

servá- ve- ris Dó- mi-ne :

Dómi- ne quis

sus- ti-né-

bit. *XV.* Qui- a a-pud te pro-

Missa pro defunctis.

pi-ci- á-ti- o est : et propter le- gem  
 tu- am sustí- nu- i te \* Dó- mi-  
 ne.

**C** Et dicatur iste tractus cum cantu prenotato choro interim sedente quandocunque dicatur : nisi in die animarum tantum : tunc enim dicatur cum eodem cantu quo in dominica de septuagesima a quattuor clericis de superiori gradu habitu non mutato ad gradum chori supradicto modo. Item in anniversariis episcoporum et decanorum : et [99v.] quandocunque corpus adest presens postquam exsecutor officii inceptione misse altare thurificaverit : dyaconus cum thuribulo circumeundo tumbam vel corpus, illud incenset : sed ex utraque parte videlicet incipiendo a capite. Similiter fiat ante evangelium dum tractus canitur incensato prius altari : et tertio postquam sacerdos sacrificium ante lotionem suo loco deposuerit, thurifecet<sup>503</sup> idem dyaconus sicut prius. Nunquam enim thurifecetur corpus ad Placébo. vel ad Dírige. secundum usum Sarisburiensem, sed semper ad missam tantum.

**C** In dominicis diebus et in secundis feriis : et etiam pro corpore presenti et in anniversariis et trigintalibus : et in die animarum tantum dicatur hoc evangelium.<sup>504</sup>

Secundum Johannem. (xj. 21-27.)

**J**N illo tempore. Dixit Martha ad Jesum, Dómine si fuisses hic : frater meus non fuisset mórtuus. Sed et nunc scio quia quecúmque póscores a Deo : dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus, Resúrget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resúrget in resurreccióne : in novíssimo die.

Dixit ei Jesus, Ego sum resurréctio et vita. Qui credit in me : étiam si mórtuus fúerit, vivet. Et omnis qui vivit et credit in me : non moriétur in éternum. Credis hoc ? Ait illi, Utique Dómine. Ego créddi quia tu es Christus Fílius Dei vivi : qui in hunc mundum venísti.

¶ Feria iij.

*Evangelium. Secundum Johannem. (vj. 37-40.)*

**I**N illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis et principibus<sup>505</sup> Judeorum, Omne quod dat michi Pater ad me veniet : et eum qui venit ad me non ejiciam foras. Quia descendì de celo, non ut faciam voluntatem meam : sed voluntatem ejus qui misit me. Hec est autem

voluntas ejus qui misit me Patris : ut omne quod dedit michi non perdam ex eo : sed resuscitem illud in novissimo die. Hec est autem<sup>506</sup> voluntas Patris mei qui misit me : ut omnis qui videt Filium et credit in eum, habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum : in novissimo die.

¶ Feria iiij.

*Evangelium. Secundum Johannem. (v. 24-29.)*

[100r.]  
**I**N illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis,<sup>507</sup> Amen amen dico vobis : quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me : habet vitam eternam. Et in judicium non venit : sed transiit a morte in vitam. Amen amen dico vobis : quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem Filii Dei : et qui audierint vivent. Sicut enim Pater habet vitam

in semetipso : sic dedit et Filio vitam habere<sup>508</sup> in semetipso. Et potestatem dedit ei judicium facere : quia Filius hominis est. Nolite mirari hoc : quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei. Et procedent qui bona fecerunt : in resurrectione vite. Qui vero mala egrerunt : in resurrectione judicii.

¶ Feria quinta evangelium.

*Secundum Johannem. (v. 21-24.)*

**I**N illo tempore. Dixit Jesus discipulis suis : et turbis Judeorum, Sicut<sup>509</sup> Pater suscitat mortuos et vivificat : sic et Filius quos vult vivificat. Neque enim Pater iudicat quemquam : sed omne iudicium dedit Filio. Ut omnes honorificant Filium : sicut honorificant Patrem. Qui non

honorificat Filium : non honorificat Patrem qui misit illum. Amen amen dico vobis : quia qui verbum meum audit, et credit ei qui misit me : habet vitam eternam. Et in iudicium non veniet<sup>510</sup> : sed transiet<sup>511</sup> a morte in vitam.

**¶ Feria vj.**

*Evangelium. Secundum Johannem. (vj. 41-44.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis : et turbis Judeórum, Ego sum panis vivus : qui de celo descéndi. Si quis manducáverit ex hoc pane : vivet in etérnum. Et panis quem ego dabo : caro mea est pro mundi vita. Litigábant ergo Judéi ad ínvicem dicéntes, Quómodo potest hic carnem suam dare nobis<sup>512</sup> ad

manducándum ? Dixit ergo eis Jesus, Amen amen dico vobis : nisi manducáveritis carnem Fílii hóminis, et bibéritis ejus ságuinem : non habébitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem, et biberit meum sánquinem : habet vitam etérnam. Et ego resuscitábo eum : in novíssimo die.

**¶ Sabbato.**

*Evangelium. Secundum Johannem. (vj. 54-55.)*

**I**N illo témpore. Dixit Jesus discípulis suis : et turbis Judeórum, Amen amen dico vobis : nisi manducáveritis carnem Fílii hóminis, et bibéritis ejus ságuinem : non habé-

bitis vitam in vobis. Qui mandúcat meam carnem, et biberit meum sánquinem : habet vitam etérnam. Et ego resuscitábo eum : in novíssimo die.

**¶ Hoc sequens offertorium dicatur in omnibus missis pro defunctis nisi in die animarum tantum.**

1506:100r; GS:232; Grad-1508-C:46v; Missal-1513-C:47v.<sup>513</sup>

Offert.



II.

Omi-ne Je-su Chris-te rex gló- ri- e lí-  
be-ra á-nimas ómni- um fi-dé- li- um de-functó- rum

Missa pro defunctis.

de manu infér- ni et de pro-fundo la- cu, lí-be-ra  
 [100v.] e- as de o-re le-ó- nis ne absórbe- at e- as Tár-  
 ta-rus, ne ca-dant in obscú- ra te-nebrá-rum lo- ca :  
 sed sígni-fer sanctus Mí-cha- el repre-séntet e- as  
 in lu- cem sanctam. †Quam o-lim Abra-he promi- sis-ti  
 et sé- mi- ni e- jus.

*Hoc sequens offerturium dicatur in die animarum tantum.*

1506:100v.<sup>514</sup>

Offert.

g02387.

II.  
 pi- e De- us \* qui pri-mum hó- mi-nem ad e- térnam gló- ri- am re- vo-cás-ti : Pastor bo-ne

Missa pro defunctis.

qui o-vem pér-di- tam pi- o húme- ro ad ó-vi- le repor-  
tás-ti : juste Ju-dex dum vé-ne-ris ju-di-cá- re lí-be-ra de  
morte á-ni- mas e- ó- rum quas re-de- mí-s-ti : ne tra-das  
béstí- is á- nimas confi-téntes ti- bi : ne de- [101r.]  
re- línguas e- as in fi- nem.

*Post ablutionem manuum junctis manibus in medio altaris incipiat sacerdos.*

1506:101r; GS:233; 1550-C:47v; Grad-1508-C:46r(2); Missal-1513-C:47v.<sup>515</sup>




Osti- as et pre-ces ti-bi Dómi-ne of-fé-rimus.

*Chorus respondeat hoc modo.*

Tu súsci-pe pro a-nimá-bus il- lis qua-rum hó-di- e  
memó-ri- am á-gimus : fac e- as Dómi-ne de mor- te


Missa pro defunctis.




trans-í- re ad vi-tam.

*Et interim dicat sacerdos In spíritu humilitáti. privatim more solito : deinde dicat sacerdos Oráte fratres. Chorus respondeat cantando.*


1506:101r; Grad-1508-C:46r(2); Missal-1513-C:47v.<sup>516</sup>



¶ Réqui- em e-térnam do-na e- is Dómi-ne : et



lux per-pé-tu- a lú- ce- at e- is. †Quam o-lim Abra-he



promi- sis-ti et sé- mi- ni e- jus.

¶ Notandum est quod quandocunque corpus adest presens et in omnibus anniversariis et trigintalibus dicitur Hóstias et preces. cum ¶ Réquiem etérnam. et Quam olim. et in die animarum non dicatur.

*Quotidie ante diem sepulture cujuscunque fuerit dicatur istud secretum.*

¶ Uscipe quésusmus Dómine mi- séricors Pater oblatiónem quam tibi offérimus pro ánima fámuli tui vel fámule tue N. quam hódie de carnáli corruptióne liberásti, et concéde : ut ab ómnibus humáne conditiónis ex-

céssibus his remédiis expiétur : et in réquie sempitérna in diem resurrectiόnis prestolétur. Per Dóminum nos-trum Jesum Christum filium tuum. Qui tecum.

¶ In die sepulture cujuscunque fuerit secretum.

[101v.] ¶ Uscipe Dómine pro ánima fámuli tui vel fámule tue

hóstiam quam Deo Patri benígne obtulísti pro nobis : et quia causa

hóminum descendísti de celis : te  
redeúnte sanctórum tuórum mereátur

adjúngi consórțiis : per te Salvátor  
mundi. Qui cum Deo Patre. &c.

*In anniversario de quocunque fuerit dicatur istud secretum.*

**P**ropiciáre quésumus Dómine  
supplicatiōnibus nostris pro áni-  
ma fámuli tui *vel* fámule tue : cujus  
hódie ánnua dies ágitur pro qua tibi

offérimus sacrificium laudis : ut eam  
sanctórum tuórum consórtio sociáre  
dignérис. Per Dóminum.

*In die tricennali de quocunque fuerit secretum.*

**T**uérē quésumus omnípotens  
Deus et placátus suscípere dig-  
náre hoc sacrificium quod tibi offe-  
rimus pro ánima fámuli tui *vel* fámule

tue : et concéde illi pacem perpétuam  
et réquiem sempitérnam. Per Dó-  
minum.

*Prefatio quotidiana.* (Missal:II69.)

*Quando corpus adest presens et in omnibus anniversariis et trigintalibus et quando  
ultimo fit servitium mortuorum ante pascha et in die animarum dicatur hic cantus.*

1506:101v; GS:16‡; Grad-1508-C:59r; Missal-1513-141r.<sup>517</sup>

II.

Anctus. \*Sanctus. Sanctus. Dómi-nus De-us Sá-ba-

oth. Ple-ni sunt ce-li et ter-ra gló-ri- a tu- a o- sán-

na in excél-sis. Be-ne-díctus qui ve- nit in nómi-ne

Dó- mi-ni o- sánna in excél-sis.

Missa pro defunctis.

*Quando corpus adest presens et in omnibus anniversariis et trigintalibus : et quando ultimo fit servitium mortuorum ante pascha et in die animarum dicatur hic cantus.*

1506:101v.

II.



Gnus De- i qui tol-lis peccá-ta mundi do-na  
 e- is ré-qui- em. Agnus De- i qui tol-lis peccá-ta  
 mundi do-na e- is ré-qui- em. Agnus De- i qui tol-lis  
 peccá-ta mundi do-na e- is ré-qui- em sempi-térram.

[102r.] **C** In omnibus missis pro corpore presenti et in anniversariis et trigintalibus : et quando ultimo fit servitium mortuorum ante pascha et in die animarum, dicatur hec sequens communio.


1506:102r; GS:233; Grad-1508-C:47v; Missal-1513-C:47v.<sup>518</sup>

Comm.  
VII.



Ro quo-rum memó-ri- a corpus Chris-ti súmi-tur :  
 do-na e- is Dómi-ne réqui- em sempi-térram. *XV.* Et lux  
 perpé-tu- a lú-ce- at e- is. Pro quo-rum memó-ri- a sanguis

Missa pro defunctis.



Chris-ti súmi-tur do-na e- is Dómi-ne réqui- em sempi-térnam.

**C** In omnibus aliis missis pro defunctis dicatur hoc communio.

1506:102r; GS:233; Grad-1507-C:47v; Missal-1513-C:47v.<sup>519</sup>

Comm.

VIII.



Ux e-téerna lú-ce- at e- is Dómi-ne. †Cum sanctis




tu- is in e-térnum qui- a pi- us es.

Et dicitur cum *V.* sic.




*V.* Réqui- em e-térnam do-na e- is Dómi-ne : et lux per-



pé-tu- a lú-ce- at e- is.

Et cum repetitione.



†Cum sanctis tu- is in e-térnum qui- a pi- us es.

**C** Quotidie ante diem sepulture dicitur ista postcommunio.

**P** Resta quésumus omnípotens  
Deus ut ánimam fámuli tui vel  
fámule tue *N.* ab ángelis lucis sus-

céptam : in preparáta habitácula de-  
dúci fáciás beatórum. Per Dóminum.

In die sepulture cujuscunque fuerit dicatur ista postcommunio.

**P**Resta quésimus Dómine ut  
ánima fámuli tui *vel* fámule tue  
cujus córpori hódie officia humani-

tatis exhibémus : his sacrificiis expiáta  
salvatíonis tue perpé tuo múnere  
gratulétur. Per Dóminum.

*In anniversario de quocunque fuerit dicatur hec sequens postcommunio.*

**P**Resta quésimus Dómine ut  
ánima famuli tui *vel* famule tue  
cujus anniversárium depositiónis diem

recólimus, hiis purgáta sacrificiis in-  
dulgéntiam páriter et réquiem cápiat  
sempitérnam. Per Dóminum.

*In die trigintali de quocunque fuerit dicatur hoc postcommunio.*

[102v.] **P**Rosit quésimus Dómine ánime  
fámuli tui *vel* famule tue divíni  
celebrátio sacraménti : ut ejus in quo

sperávit et crédidit : etérnum cápiat te  
miseránte consórtium. Per Dó-  
minum.

## [*Inhumatio defuncti.*] <sup>520</sup>

*Post missam accedat sacerdos ad caput defuncti alba indutus absque cappa serica : et duo clerici de ij. forma ad caput defuncti stantes incipient tribus vicibus<sup>521</sup> antiphonam sequentem quam chorus singulis vicibus totam prosequatur usque in finem.<sup>522</sup>*

Rylands-24:463; 1506:102v.<sup>523</sup>

Ant. VI.

Ircunde-dé-runt \* me gémi-tus mor- tis do-ló-res  
íferni circunde-dé- runt me.

*Deinde post tertiam repetitionem sequatur.*

1506:102v; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-SB-P:281.<sup>524</sup>

509501.  
Y-ri- e-léyson. R. Christe-léyson. V. Ky-ri- e-  
léyson.

*Non dicatur Pater noster. nec Dóminus vobíscum. neque Orémus. sed tantum oratio sacerdote dicente modesta voce videlicet sine nota.*

**P**On intres in judícum cum sérvulo tuo vel sérvula tua Dómine : quóniam nullus apud te justificábitur homo nisi per te ómnium peccatórum tribuátur remíssio. Non ergo eum vel eam tua quésumus judicális senténtia premat, quem tibi

vera supplicálio fidei Christiáne comméndat : sed grátia tua illi succurrénte mereáatur evádere judícum ultiónis : qui vel que dum víveret insignítus vel insignítia est signáculo sante Trinitátis. In qua vivis et regnas.

Inhumatio defuncti.

*Eodem modo dicuntur omnes orationes sequentes.*

*Deinde incipiat cantor responsorium.*

1506:102v; AS:580; Ant-1519-P:183v; Brev-1531-P:52v.<sup>525</sup>

2. Resp. IV.

7477.  *Ui Lá-za-rum \* re-susci-tás- ti a monu-mén-*

*to fé-ti- dum. †Tu e- is Dó- mi- ne do-na ré-*

7477b. *qui- em et lo- cum indul- génti- e. ⁊ Qui ventú-rus*

[103r.] *es ju-di-cá-re vi-vos et mórtu- os et sé-cu- lum*

*per ig- nem. †Tu e- is.*



**C** *Et per cantetur a choro cum suo versu, et interim sacerdos cum thuribilo circumeundo corpus illud incenset. Similiter fiat in responsoriis sequentibus.*


*Deinde dicitur.*

1506:103r; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-SB-P:281.<sup>526</sup>

509501.  *Y-ri- e-léyson. R: Christe-léyson. ⁊ Ky-ri- e-*



Inhumatio defuncti.



léyson.

*sine Pater noster. et sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus.*

*Oratio.*

**D**eus cui ómnia vivunt, cui non  
pérreunt moriéndo córpora nos-  
tra sed mutántur in mélius : te súp-  
lices deprecámur ut quicquid fá-  
mulus *vel* fámla tuus *vel* tua viciórum  
tue voluntáti contrárium fallénte  
diábolo et própria iniquitáte atque  
fragilitáte contráxit : tu pius et misé-  
ricors ábluas indulgéndo, ejúsque  
ánimam súscipi júbeas per manus  
sanctórum angelórum tuórum dedu-  
céndam in sinum partíarchárum

tuórum Abrahe scílicet amíci tui : et  
Ysaac elécti tui : atque Jacob dilécti  
tui : quo áffugit<sup>527</sup> dolor et tristícia  
atque suspírium : fidélium quoque  
ánime felíci jocundítate letántur. Et  
in novíssimo magni judíci die inter  
sanctos et eléctos tuos eam fácas  
perpétue glórie tue percípere porti-  
ónem : quam óculos non vidit : nec  
auris audívit : et in cor hóminis non  
ascéndit que preparásti diligéntibus te.  
Per Christum Dóminum nostrum.

1506:103r; AS:581; Ant-1519-P:185r; Brev-1531-P:52v.<sup>528</sup>

Resp.

II.



6811.

E-u \* mi-chi Dó-mi-ne qui- a pec-cá- vi ni-



mis in vi-ta me- a : quid fá-ci- am mi- ser u- bi fú- gi-

am ni-si ad te De-us me- us mi-se- ré-re me-

Inhumatio defuncti.

[103v.] i. †Dum vé-ne- ris in no-víssimo di- e.  
6811a. ¶. A-nima me-a turbá-ta est val-de, sed tu Dómi-ne  
suc- curre e- i. †Dum.

**C** Et per cantetur a choro cum suo versu : et interim incensetur corpus ut supra.  
Deinde sequatur.

1506:103r; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-SB-P:281.<sup>529</sup>

509501. Y-ri- e-léyson. R. Christe-léyson. ¶. Ky-ri- e-  
léyson.

Sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus.

*Oratio.*

**F**Ac quésimus Dómine hanc cum sérvulo tuo defúncto vel sérvula tua defúncta misericórdiam : ut sanc- tórum suórum in penis non recípiat vicem : qui vel que tuam in votis

ténuit voluntátem : et quia hic illum vel illam vera fides junxit filium turmis, illic eum vel eam tua miserálio sóciet angélicis choris. Per Christum Dóminum nostrum.

Inhumatio defuncti.

*Deinde incipiat cantor responsorium.*

1506:103v; AS:583; Ant-1519-P:188v; Brev-1531-P:53r.<sup>530</sup>

Resp.

II.



I-be-ra me \* Dó- mi-ne de mor-te e-tér- na  
 in di-e il-la tre-mén- da quando ce- li mo- vén-  
 di sunt et terra. Dum vé- ne-ris ju-di- cá- re  
 sé- cu-lum per ig- nem. *V.* Di- es il-la di- es i- re  
 ca-lami-tá-tis et mi-sé-ri- e : di- es magna et a-má-ra  
 val- de.

7091g. [104r.]




1506:103r; AS:586; Ant-1519-P:190v; Brev-SB-P:281.<sup>531</sup>

509501.

Y-ri- e-léyson. *R.* Christe-léyson. *V.* Ky-ri- e-

Inhumatio defuncti.

---



léyson.

*Deinde roget sacerdos circumstantes orare pro anima defuncti dicens.*

Pro áнима N. et pro animábus ómnium fidélium defunctórum.

Pater noster. [*privatim.*]

[*V.*] Et ne nos [indúcas in tentatióne].

[*R.*] Sed líbera [nos a malo].<sup>532</sup>

[*V.*] Non intres in judícum cum servo tuo *vel* sérvula tua Dómine.

[*R.*] Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens.

[*V.*] A porta íferi.

[*R.*] Erue Dómine áimas eórum.

[*V.*] Credo vidére bona Dómini.

[*R.*] In terra vivéntium.

[*V.*] Dómine exáudi [oratióne] meam.

*R.* Et clamor meus at te véniat.

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.

[*V.*] Oremus.

*Oratio.*

**I**nclína Dómine aurem tuam ad  
preces nostras quibus miseri-  
córdiam tuam súpplices deprecámur :  
ut ánimam fámuli tui *vel* fámule tue


quam de hoc século migráre jussísti,  
in pacis ac lucis regióne constitúas : et  
sanctórum tuórum júbeas esse  
consórtem. Per Christum.

**C** *Hic deportetur corpus ad sepulchrum cantore incipiente.*

Rylands-24:464; 1506:104r.<sup>533</sup>

Ant.

VII.i.



N pa-ra-dí-sum. Amen.

*Psalmus. (cxij.)*

**I**N éxitu Israel dē Egýpto : domus Jacob de pôpulo bárbaro.

2. Facta est Judéa sanctificatō ejus : Israel pôtēstas ejus.

3. Mare vîdīt et fugit : Jordánis convérsūs êst retrórsum.

4. Montes exultavérunt ût aríetes : et colles sicūt âgni óvium.

5. Quid est tibi mare quôd fugísti : et tu Jordánis quia convérsūs ês retrórsum.

6. Montes exultástis sicūt aríetes : et colles sicūt âgni óvium.

7. A fácie Dómini môtā est terra : a fáciē Dêi Jacob.

8. Qui convértit petram in stâgnā aquárum : et rupem in fôntes a-quárum.

9. Non nobis Dóminê non nobis : sed nómini tuo da glóriam.

10. Super misericórdia tua et veritâtē tua : nequândo dicant gentes, Ubi est Dêus eórum.

11. Deus autem nôstér in celo : ómnia quecúnque voluit fecit.

12. Simuláchra géntium argéntum et aurum : ópera mânuum hóminum.

13. Os habent et nôn loquéntur : óculos habent et nôn vidébunt.

14. Aures habent êt non áudent : nares habent et nôn ôdorábunt.

15. Manus habent et nôn pal-

pábunt : pedes habent et non ambulábunt, non clamábunt in gütture suo.

16. Símiles illis fiant qui fâciunt ea : [104v.] et omnes qui confidunt in eis.

17. Domus Israel sperâvít in Dómino : adjútor eórum et protéctor eórum est.

18. Domus Aaron sperâvít in Dómino : adjútor eórum et protéctor eórum est.

19. Qui timent Dóminum speravérunt in Dómino : adjútor eórum et protéctor eórum est.

20. Dóminus memor fuit nostri : et benédixit nobis.

21. Benedíxit dômui Israel : benedíxit dômui Aaron.

22. Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum : pusillís cùm majóribus.

23. Adjíciat Dômînus super vos : super vos et super filios vestros.

24. Benedícti vòs a Dómino : qui fecit cénum et terram.

25. Celum céli Dómino : terram autem dedit filiis hóminum.

26. Non mórtui laudâbunt te Dómine : neque omnes qui descéndunt in inférnum.

27. Sed nos qui vívimus benedíci- mus Dómino : ex hoc nunc et usque in séculum.

*Alius psalmus si tantum restat iter scilicet Ad te Dómine levávi ániam meam.*

Inhumatio defuncti.

---

(xxvij.) 249.

*Finito psalmo vel psalmis dicatur iste versus.*



Réqui- em e-térmam do-na e- is Dómi-ne : et lux perpé-  
tu- a lú-ce- at e- is.  
*Deinde repetatur antiphona*



In pa-ra-dí-sum \* de-dú-cant te ánge- li in su-um con-  
véntum suscí-pi- ant te márty-res et perdú-cant te in ci-vi-  
tá-tem sanctam Hie- rú-sa-lem.

¶ *Quibus dictis dicat sacerdos sine Dóminus vobíscum. sed tantum cum Orémus humili voce.*

[*Oratio.*]

**P**ie recordatiónis afféctu fratres  
charíssimi commemoratiómem  
faciámus cari nostri *vel* care nostre :  
quem *vel* quam Dóminus noster de  
tentatióibus hujus séculi assúmpsit.  
Obsecrámus misericórdiam Dei nostri :  
ut ipse ei tribúere dignétur : plácitam

et quiétam mansiónem : et remittat ei  
omnes lúbrice temeritatis offénsas : ut  
concéssa sibi vénia plene indulgentie  
quicquid in hoc século próprio vel  
aliéno reátu delíquit : totum ineffábili  
pietáte ac benignitaté sua déleat et  
abstérget. Per Christum.

*Alia oratio cum Orémus.*

*Oratio.*

[105r.] **T**E Dómine sancte Pater omnípotens etérne Deus supplíciter deprecámur pro spíritu fratri nostri *vel* sorórí nostre quem *vel* quam voragínibus hujus séculi accersíti jussísti : ut dignérí Dómine dare ei lúcidum locum refrigérii et quiétis. Líceat ei transíre portas inferórum et penas tenebrárum : maneátque in mansiónibus sanctórum : et in luce sancta quam olim Abrahe promisísti

et semíni ejus. Nullam<sup>534</sup> lesiónem séntiat spíritus ejus : sed cum magnus ille dies resurrectiónis advénerit, resuscitáre eum *vel* eam dignérí una cum sanctis et eléctis tuis : deleásque ejus ómnia delícta atque peccáta usque ad novíssimum quadrántem : tecúmque immortalitáris tue vitam et regnum consequátur etérnum. Per Christum [Dóminum nostrum].<sup>535</sup>

*Finitis orationibus aperiatur sepulchrum cantore incipiente antiphonam.*

1506:105r.

Ant.

III.iv.



- pé-ri-te. Amen.

1446.

*Psalmus. (cxvij.)*

**C**onfitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus.

2. Dicat nunc Israel quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus.

3. Dicat nunc dômus Aaron : quóniam in séculum misericórdia ejus.

4. Dicant nunc qui timent Dómino : quóniam in séculum misericórdia ejus.

5. De tribulatióne invocávi Dómino : et exaudívit me in latitudine Dóminus.

6. Dóminus mîchî adjútor : non timébo quid fáciat mîchi homo.

7. Dóminus mîchî adjútor : et ego despícam inímicos meos.

8. Bonum est confidere in Dómino : quam confidere in hómine.

9. Bonum est sperárē in Dómino : quam sperárē in princípibus.

10. Omnes gentes circuiérunt me : et in nómine Dómini quia ultū sūm in eos.

11. Circundántes circündedérunt me : et in nómine Dómini quia ultū sūm in eos.

12. Circundedérunt me sicut apes et exarsérunt sicut <sup>îgnis</sup> in spinis : et in nōmine Dómini quia ultūs sūm in eos.

13. Impúlsus evérsus sūm ut cáderem : et Dóminus suscépit me.

14. Fortitúdo mea et laus m̄ea Dóminus : et factus est michi <sup>în</sup> salútem.

15. Vox exultatiónis <sup>ît</sup> salútis : in tabernáculis justórum.

16. Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini <sup>î</sup>xaltávit me : déxtera Dómini fécit virtútem.

17. Non móriâr sed vivam : et narrábo <sup>î</sup>ópera Dómini.

18. Castígans castigávit me Dóminus : et morti nōn trádidit me.

19. Apéríte michi portas justície, et ingrēssus in eas confitébor Dómino : hec porta Dómini justi intrábunt in eam.

20. Confitébor tibi quóniam <sup>î</sup>exaudísti me : et factus es michi <sup>în</sup>

salútem.

21. Lápideum quem reprobavérunt edificántes : hic factus est <sup>în</sup> cāput ánguli.

22. A Dómino factū est istud : et est mirábile in <sup>î</sup>oculis nostris.

23. Hec est dies quam fécit Dóminus : exultémus et letémur in ea.

24. O Dómine salvum me fac, o Dómine bene prósperáre : benedíctus qui venit in nōmine Dómini.

25. Benedíximus vobis de dōmo Dómini : Deus Dóminus et illuxit nobis.


26. Constitúite diem solémnem <sup>în</sup> condénsis : usque ad cōrnū altáris.

27. Deus meus es tu et confitébor tibi : Deus meus es tu <sup>ît</sup> <sup>î</sup>xaltábo te. [105v.]


28. Confitébor tibi quóniam <sup>î</sup>exaudísti me : et factus es michi <sup>în</sup> salútem.

29. Confitémini Dómino quóniam bonus : quóniam in séculum misericórdia ejus.


 *Finita psalmo tota dicatur antiphona.*



Apé-ri-te michi portas justí-ci- e et ingrēssus in e- as



confiébor Dómi-no : hec porta Dómi-ni justi intrábunt



in e- a.

*Qua dicta dicat sacerdos Orémus.*

*Oratio.*

**B**secrámus misericórdiam tuam omnípotens etérne Deus qui hóminem ad imáginem tuam creáre dignátus es : ut ánimam fámuli tui *vel* fámule tue *N.* quam hodiérrna die rebus humánis exími : et ad te accer-síri jussísti, blande et misericórditer suscípias. Non ei dominéntur umbre mortis : nec tegat eum *vel* eam chaos

et calígō tenebrárum : sed exútus *vel* exúta ómnium críminum labe in sinu Abrahe collocátus *vel* collocáta : lo-cum refrigérii se adéptum *vel* a-déptam esse gáudeat : ut cum dies judícií advénerit : cum sanctis et eléctis tuis eum *vel* eam resuscitári júbeas. Per Christum Dóminum nostrum].<sup>536</sup>

*Alia oratio cum Orémus.*

**D**eus qui justis supplicatióibus semper presto es : qui pia vota dignáris intuéri : da fámulo tuo *vel* fámule tue *N.* cuius depositióni hódie

officia humanitátis exhibémus : cum sanctis atque fidélibus tuis beáti múnéri portiónem. Per Christum Dóminum.

*Deinde dicatur benedictio sepulchri sine Orémus. hoc modo.*

**R**ogámus te Dómine omnípo-tens Pater sancte etérne Deus : ut bene ✕ dícere et sanctificáre dignérís hoc sepúlchrum, et corpus in eum collocándum : ut sit remédium

salutáre in eo quiescénti et redémpcio ánime ejus atque tutéla et munímen contra seva jácula inimíci. Per Chris-tum Dóminum nostrum.

[*Alia benedictio tumuli.*

[*X.*] Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

[*R.*] Qui fecit celum et terram.

**B**enedic Dómine locum sepúlchri hujus, sicut benedixísti sepúl-

crha Abrahe, Isaac, et Jacob.

*V.* Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam.

*R.* Et salutáre tuum da nobis.

*Oratio.*

**D**eus qui fundásti terram et formásti celos : qui ómnia sidéribus institúta fixísti : qui captum láqueis mortis hóminem lavácri ablutione réparas : qui sepúltos Abraham, Isaac, et Jacob in spelúnca dúplici, in libro vite ac totíus glórie príncipes annotásti benedicéndos : ita bene **X**-dícere dignérис hanc fámulum tuum

*vel* ancíllam tuam : ut eum *vel* eam requiéscere fáctias : et in sinu Abrahe collocáre dignérис : qui Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : devíctis láqueis inferórum resúrgere et in se credéntium suórum membra resuscitáre jussísti. Qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos et séculum per ignem.

*Oratio.*

**R**espice Dómine super hanc fábricam sepultúre : et descéndat in eam Spíritus tuus : ut te jubénte sit ei in hoc loco quiéta dormítio, et témpore judícií cum

ómnibus sanctis sit vera resurréctio. Te prestánte Dómino nostro qui in Trinitáte perfécta vivis et regnas per cuncta sécula seculórum. [R.] Amen.]<sup>537</sup>

**C** *Hic aspergatur aqua benedicta super sepulchrum et incensetur : finitis orationibus ponatur corpus in sepulchro cantore incipiente.*

1506:105v.

Ant.

II.i.

3335.



Ngré-di- ar. Amen.

*Psalmus. (xli.)*

**Q**uemádmodum desíderat cervus ad fóntes aquárum : ita desíderat ánima meā âd te Deus.

2. Sitívit ánima mea ad Deum fóntem vivum : quando véniam et aparébo ante fáciem Dei.

3. Fuérunt michi láchryme mee [106r.] panes dīē ac nocte : dum díctur michi quotidie, Ubi ēst Dēus tuus.

4. Hec recordátus sum et effúdi in me ânīmam meam : quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis,

usque ad domum Dei.

5. In voce exultationis et confessionis : sonus epulantis.

6. Quare tristis es anima mea : et quare conturbas me.

7. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : salutare vultus mei est Deus meus.

8. Ad meipsum anima mea contenturata est : propterea memor ero tui de terra Jordani et Hermioni a monte modico.

9. Abyscus abyssum invocat : in voce catharactarum tuorum.


10. Omnia excelsa tua et fluctus tui : super me transierunt.

11. In die mandavit Dominus mise-

**C** Dicto psalmo repetatur antiphona.



Ingredi- ar in lo-cum ta-berná-cu-lum admi-rá-bi- lis



usque ad domum De- i.

**C** Qua dicta dicat sacerdos orationem hoc modo.

**D** Rémus fratres charissimi pro spiritu cari nostri vel care nostre N. quem Dominus de laco hujus seculi liberare dignatus est cuius corpuscum hodie sepulture traditur : ut eum vel eam pietas Domini in sinu Abrahe collocare dignetur : ut cum

ricordiam suam : et nocte canticum ejus.

12. Apud me oratio Deo vite mee : dicam Deo Suscepтор meus es.

13. Quare oblitus es mei : quare contrastatus incedo, dum affligit me inimicus.

14. Dum confringuntur ossa mea : reprobraverunt michi, qui tribulant me inimici mei.

15. Dum dicunt michi per singulos dies : Ubi est Deus tuus.

16. Quare tristis es anima mea : et quare conturbas me.

17. Spera in Deo : quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei est Deus meus.



magni judicii dies advenerit, inter sancto et electos suos eum vel eam in parte dextra collocandum vel collacandam resuscitari faciat. Qui tecum vivit et regnat Deus. Per omnia secula.

*Alia oratio cum Orémus.*

*Oratio.*

**D**EUS qui humanárum animárum etérnus amátor es : ániam fámuli tui *vel* fámula tua *N.* quam vera dum in córpore máneret tenuit fides, ab omni cruciátu inferórum

redde es extórrem : ut segregáta ab infernálibus claustris sanctórum tuórum mereátur adunári consórtiis. Per Christum.

**C**onclausis orationibus claudatur sepulchrum<sup>538</sup> ponente prius sacerdote absolutionem<sup>539</sup> super pectus defuncti sic dicendo.

**D**ominus Jesus Christus qui beáto Petro apóstolo suo ceterisque discípulis suis licéntiam dedit [106v.] ligándi atque solvéndi : ipse te absolvat *N.* ab omni vínculo delictórum : et in quantum mee fragilitati

permíttitur : precor sis absolútus *vel* absolúta ante tribúnal ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi : habeásque vitam etérnam et vivas in sécula seculórum. [*R.*] Amen.


**C**onclusis orationibus tumulus aqua benedicto et incensetur, cantore incipiente antiphonam.

1506:106v.

3012.

Ant.

VII.ii.



Ec réqui- es me- a. Amen.

*Psalmus. (cxxxi.)*

**A**meménto Dómine David : et omnis mansuetudinis ejus.

Sicut jurávit Dómino : votum vovít Dêo Jacob.

2. Si introíero in tabernáculum dômus mee : si ascéndero in lectûm strati mei.

3. Si dédero somnum ócûlis meis : et pálpebris meis dormitatióñem.

4. Et réquiem tempóribus meis

donec invéniam lôcum Dómino : tabernáculum Dêo Jacob.

5. Ecce audívimus êam in Effrata : invénimus eam ñ cämpis silve.

6. Introíbus in tabernáculum ejus : adorábimus in loco ubi stetérunt pédes ejus.

7. Surge Dómine in réquiem tuam : tu et arca sanctificatiónis tue.

8. Sacerdótes tui induántur justíci-

am : et sancti tūi exultent.

9. Propter David sērvum tuum : non avértas fāciēm Chrīsti tui.

10. Jurávit Dóminus David veritátem et non frustrābitur eam : de fructu ventris tui, ponam supēr sēdem tuam.

11. Si custodíerint filii tui testamento meum : et testimónia mea hec que dōcēbo eos.

12. Et filiī eórum : usque in séculum sedébunt supēr sēdem tuam.

13. Quóniam elégit Dōmīnus Syon :

elégit eam in habitatiōnem sibi.

14. Hec réquies mea in sēcūlum séculi : hic habitábo quóniam elégit eam.


15. Víduam ejus benedícens bēnédiccam : páuperes ejus satūrābo pániibus.

16. Sacerdótes ejus índuam sālutári : et sancti ejus exultatiōnē exultábunt.


17. Illuc prodúcam cōrnū David : parávi lucérnām Chrīsto meo.

18. Inimícos ejus índuam confūsiōne : super ipsum autem efflorébit sanctificatiō mea.

*Finito psalmo dicatur antiphona.*



Hec réqui- es me- a \* in sé-cu-lum sé-cu-li : hic ha-bi-tá-bo



quó-ni- am e-lé-gi e- am.

¶ *Qua dicta dicat sacerdos orationem cum Orémus.*

*Oratio.*

**D**eus apud quem spíritus mortuorum vivunt, et in quo electórum ánime deposítio carnis ónere plena felicitáte letántur, presta supplícantibus nobis : ut ánima fámuli tui vel fámule tue N. que temporáli per corpus visiónis hujus lúminis cáruit visu, etérne illius lucis solátio potiátur. Non eam torméntum mortis at-

tíngat : nec dolor horrénde visiónis afficiat. Non penális timor excrúciet : [107r.] non reórum péssima cathéna constringat : sed concéssa sibi vénia ómnium delictórum, optáte quiétis consequáтур gáudia repromíssa. Per Christum Dóminum nostrum. [R.] Amen.

**C** Alia oratio cum Orémus.

*Oratio.*

**T**U Dómine Deus omnípotens  
précibus nostris aurem tue  
pietatis accommodáte dignéris : tu  
miseris opem feras : et misericórdiam  
lardiáris : et spíritum fámuli tui *vel*  
fámule tue *N.* vínculis corporálibus

liberátum in pacem sanctórum  
tuórum recípias : ut locum penálem  
et gehénne ignem in régionem  
vivéntium translátus evádat. Per  
Christum.


**C** Finitis orationibus executor officii terram super corpus ad modum crucis ponat : et  
corpus thurificet et aqua benedicta aspergat : et dum sequens psalmus canitur corpus  
omnino cooperiatur cantore incipiente antiphonam.

1506:107r.

2123.

Ant.

VII.i.



E terra plasmásti me.

Amen.

*Psalmus. (cxxvij.)*

**D** Omine probásti me et cōgnovísti me : tu cognovísti sesiónem meam et resurrectiōnem meam.

2. Intellexísti cogitatiōnes mēas de longe : sémitam meam et funículum meum īvēstigásti.

Also ye shul knowe wel that alle tho ben acursed, whether thei be religious men or other that preche or procure priveli, or apertli, any of other mennis parishenes for to chese here sepulture & here biriynge amonges hem, & for tho leve & forsake the sepulture & the berynge that longeth unto here parishcherches, or elles yif any man or womman chese of here owne fre wille to be biried amonges men of religion, or in any other place than in his owne parishe, alle tho al tho<sup>620</sup> that procure hem to make a vow therto, or make hem for to swere any gret oth, that thei shul nevere after chaunge that purpos, ne that wil, alle suche ben accursed in this grete sentence by pope Boneface the viij. and his cardinales, & bi alle the clergie and counsel of holichirche in mynde for evere more. De sepulturis. *cap. j. lj. vj.*<sup>621</sup> and ther the same pope Boneface ordeyned et jugged with his counsel that alle tho men & wommen, that thus chese hem here sepulture bi procurement of any oth or swere or make a vow thereto bȳ other mennes enforminge, that thei be nougnt biried whan thei ben dede neither in that place that thei so chese, ne in none other place bote al onli in his owne parisschirche or chircheyerd ther he tok his sacramentis, ther while he was a lyne<sup>622</sup> : and also alle tho men religious & other that receyve [192r.] any such man or womman into here sepulture, bote yif thei withinne x. daies fro

the tyme that the cors is biried amonges hem, tak him up aȝeyn & restore the same cors un tho<sup>623</sup> his paris chirche, with al manere profites and avauntages that thei receyve therfore, elles the chirche or chirche yerd or what place that it be, ther that cors is biried, it is suspended & enterdyted by the same lawe, & alle tho that thus do, & alle that procure ther to ben openly acursed & mowe nouȝt be asoiled bote bi te court of Rome. *ut supra de sepulturis. c. j. l. vj.*<sup>624</sup> And suche ben acursed also bi pope Clement the fifte, & bi al his conseil. *ut habetur ti. de penis. c. Cupientes. S. ult. in Clement.*<sup>625</sup> And ther the same Pope Clement revoketh et destroioith alle maner statutes & privileges which that ben contraire to anye of alle these poyntes : also what tyme that any chirche or chapel, or any holi place is suspended or acursed or, elles enterdited, either bi sentence of lawe writen, or elles bi any laweful dome, of any ordinaire, we denounce openli alle tho acursed that constreyne any prest for to syng ther inne, or bi ryngyng of belles or bi any other way maketh to here masse, that ben openli acursed bi name, or elles enterdited.

[192v.] **C** And also whanne any man of holichirche bi his commission doth out<sup>626</sup> of holichirche or acurseth either man or womman, and amoneste him bi name, on holichirche bi halve that thei go out of chirche while that Godes servise is in doyng, bote yif thei do his biddynge, thei falleth in this grete curs, & alle that mayntene hem, or bidde hem holde hem stille in chirche and none of these may be asoiled bote by the court of Rome. *ut habetur de senten. excom. ca. Gravis. in Cle.*<sup>627</sup>

Also alle tho ben acursed that maliciousli for wynnyng or for hatrede or any encheson forsake for to fulfille the biddynge & the commaundement of oure lord the kynge, for to take hem to prisone that ben openly acursed, & ligge therinne xl. dayes, and alle tho that helpe hem for to be delyvered withouten assent & wityng of hem that acursed hem & until thei have mad amendes to God and to holichirche. *ut habetur in consti. Octoboni & in const. apud Oxon. ce. c. &. S. ult.*<sup>628</sup> *& in cons. provincial domini Roberti Kilwardby Cantuar. archiepi.*<sup>629</sup> *c. Primo quidem. S. vij. in const. provinci. in con. ce. apud Lameth,*<sup>630</sup> *c. Preterea.*<sup>631</sup> Also whanne any cherche is voide alle tho ben acursed, that put any debate, or ple, in the patronage. wher thoroug the verey patron is letted of his right. *ut habetur in constit. provinci. apud Oxon.*<sup>632</sup> *ce. ca. ij. S. penultimo.*<sup>633</sup> Also alle tho that breke any point of t[h]e kynges great chartre, or elles any point<sup>634</sup> of chartre of t[h]e forest,<sup>635</sup> in whiche chartres ben writen the fredams of this lond, that diverse kynges have graunted<sup>636</sup>

bote to te lerid & to t[h]e lewed,<sup>637</sup> in the grete chartre ben xxxv. poyntes, and the chartre of the forest comprehendith xv. poyntes. *ut in tractatu qui vocatur pars oculi in prima parte plenius continetur.*<sup>638</sup> That alle erchebishops and bishops that longen to Engelond have acursed alle tho that breke wtyngli any of alle thise poyntes the which sentence of cursyng hath ben often confermed bi the court of Rome. And alle tho ben acursed, that false the popes lettres or his seel, or any other lettres or seles that ben autentyk, & alle tho that hem purchase, & alle tho that use wtyngli suche false purchased lettres. *ut habetur extra de cri[mine] fals[i]. c. Ad falsariorum.* &c. Dura.<sup>639</sup>

**C** And also alle tho ben acursed that stele, or destroie, or falsli withholde chartres or testamente, or any other maner lettres, that longen til other men, wherfor thei lese here eritage, or any right that thei shulde have bi lawe.

**C** And alle tho that use false wegthes, or false yerdes, or any other false mesures for to deceyve the peple with.<sup>640</sup> And alle tho that false the kinges moneye, or clippeth or maketh lasse bi cause of here profit.

**C** And also alle tho that brek, or brenne holichirche, or any other holi<sup>641</sup> place of religion, or do in holichirche, or in any other holi place<sup>642</sup> any foul synne, wherfor it hath nede either to be newe halwed, or elles to be reconciled. *ut habetur extra de senten. excommunicationis. capitulo Tua.* &c. Conquesti.<sup>643</sup> &xvij. q. iiiij. Omnes ecclesie.<sup>644</sup> [193v.]

**C** And alle heretikes ben acursed, et alle tho that mayntene heresie. *extra eodem*<sup>645</sup> c. Ad abolendam. &c. Excommunicamus.<sup>646</sup> & alle tho that use symonie. *extra eodem ca.* Tanta.<sup>647</sup> & alle usureres. *extra eodem ca.* Quia.<sup>648</sup>

**C** And alle tho that make whanne usures is taken, that it be nought restored ayen, and alle tho that leve on such craft, & alle tho that ben acursed bi name, and alle tho that wilfulli flee hem selven. *ut habetur xiij. questione prima. ij. Quibus.* &c. Pro obeuntibus. xxij. q. j. Placuit.<sup>649</sup>

**C** And none of alle these mowe be biried among non Cristene folk, and alle tho ben acursed that mayntene or defende any of hem either bi word or dede.

**C** Also we denounce acursed alle opene theves & robberes, & alle that hem receyve wityngli, or yeve hem help or conseil.

**C** And hem that in violence drawe blod on her fader or moder, & this is understande bothe of bodeli fader & moder, and gostli.

**C** And alle tho that wilfulli sle her owne child, or caste hem awey atte chirches, or atte hospitales or in any other place,<sup>650</sup> many other pointes also longe und to<sup>651</sup> this grete sentence, bote I trowe to God it be no nede to reherce here no mo.<sup>652</sup>

**C** [194r.] Bote be autorite of oure Lord God Almighty, and oure Ladȝ seinte Marie & alle seintes of hevene<sup>653</sup> : of angeles and archaungeles,<sup>654</sup> patriarkes and prophetes, apostoles & evangelistes, martyres, confessores & virgines, & also bi the power of al holichirche that oure Lord Jesu Crist yaf unto saint Peter, we denounce alle tho openli acursed that we have rekened thus unto yow, & alle tho that mayntene hem<sup>655</sup> in here synnes, or geve hem therto help or counsel, so that thei be departed fro God & al holichirche, & that thei have no pert of the passion of oure Lord Jesu Crist ne of no sacrament that ben in holichirche, ne no part of the prayere among Chistene folk, bote that thei ben acursed of God &<sup>656</sup> holichirche, fro the sole of the foot unto the crowne of the heved : slepynge & wakynge,<sup>657</sup> sittynge & standynge, & in al here wordes & werkes, & bote gif thei have grace of God, for to amende hem here by here live, for to dwelle in the peynes of helle for evere withouten ende : fiat, fiat. Amen.

**C** [194v.] *Et nota quia licet omnes et singuli qui notantur vel innodantur in hac generali excommunicatione sint ipso facto et jure excommunicati in tantum quod hec sententia non indigeat judicis adminiculo, nihilominus potest denuntiator, quotienscumque eam denunciat, si viderit expedire ad terrorem audientium : uti illa debita solennitate quam tam dejure quam de consuetudine utitur ecclesia in aliis articulis majoris excommunicationis sententias fulminando, videlicet cum cruce erecta, pulsatis campanis, candelis accensis, et in terram projectis et extinctis, &c. non obstante<sup>658</sup> pena capituli, Cum medicinalis. de sent. excom. in. vj. edito per Innocen. iij. in concil. Lugdunum,<sup>659</sup> cuius verba penalia sunt hec, Quisquid enim excommunicatur excommunicatione in scriptis proferat, et cause excommunicationis expresse consribat propter quam excommunicatio proferatur. Exemplum vero hujus scripture teneatur tradere excommunicato infra messe si fuerit requisitus : supra qua requisitione fieri volumus publicum instrumentum : vel litteras testimoniales confici sigillo autentico consignatas.*

**C** Si quis autem judicium hujus constitutionis temerarius extiterit violator per mensem unum ab ingressu ecclesie et divinis neverit se suspensum, superior vero ad quem recurritur sententiam ipsam sine difficultate relaxans latorem excommunicato

ad expensas et omne interesse condemnet, et alias puniat animadversione condigna, ut pena docente discant judices quam grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare. Et hec eadem in suspensionis et interdicti sententiis volumus observari. Caveat autem ecclesiarum prelati et judices universi : ne predictam penam suspensionis incurvant : quam si contigerit eos sic suspensos divina officia exequi sicut prius irregularitatem non effugient juxta canonicas sanctiones super qua non nisi per sumus pontificem poterit dispensari. *Nam dicit cardinalis in eodem c. Cum medicinalis. in X. Quisquis.<sup>660</sup> prope finem postquam disputaverit pro et contra quod hoc capitulo loquitur tantum quicunque sententia excommunicat. suspensionis vel interdicti lata est in certas personas et determinatas propriis earum nominibus denuncatioine hujus sententie publice expressatur. Sed quotienscumque sententia est vaga et incerta : non dicit qui pena istius capituli non habet locum et est conclusio sua in dicto X. Quisquis. ubi dicit sit Prius dictum credo equius et magis cum textu concordat. &c. et hoc idem dicit Innocentius in predicto capitulo. Cum medicinalis. in principio.* [195r.]

**S**equitur de absolutione et modo et auctoritate absolvendi a sententia excommunicationis majore et minore. Et est sciendum quod generaliter in forma confessionis sacramentalis prius est penitentia injungenda : et consequenter absolutio imponenda sub hac forma. Ego auctoritate Dei Patris omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et officii michi in hac parte commissi : absolvo te ab his peccatis michi per te confessis : et ab aliis de quibus non recordaris. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

*In consti. Octoboni cap. Quoniam ceca.<sup>661</sup> hec forma absolvendi traditur. Ego auctoritate qua fungor absolvo te a peccatis tuis<sup>662</sup> de quibus es contritus et michi confessus : et Dominus te absolvat. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. et debet premitti oratio, Misereatur tui omnipotens Deus.]<sup>663</sup> ne forte effectus sacramenti impediatur ex parte pentitentis.*

*Et post absolutionem convenienter apponitur, In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Ad insinuandum quod sacerdos non propria auctoritate absolvit : sed quasi minister, tamen hoc relinquitur sacerdotis arbitrio, nec requiritur ut absolutione manus impositio, quia hoc sacramentum non ordinatur ad exequendum aliquam excellentiam gratie : sed ad remissionem culpe et ideo magis competit crucis signatio : quia fuit instrumentum nostre redemptionis secundum Timotheum qui dicit quod hec verba,* [195v.]

Eg absólvo te. sunt de forma *absolutionis* requisita.

*Absolutio a minore excommunicatione impendenda est sub hac forma. Excommunicatus excommunicatione minore confiteatur se esse excommunicatum : et causam specialiter exprimat pro qua excommunicatus est et petat se absolvi : et hoc a proprio sacerdote fieri potest, extra de senten. ex. Nuper.<sup>664</sup> et debet sacerdos hec verba vel similia dicere, Auctoritáte qua fungor absólvo te ab omni vínculo excommunicatiónis mínoris. vel sic a vínculo excommunicatiónis qua ligátus es pro tali facto. exprimendo illud factum in speciali, et sacraméntis ecclésie te restútuo. In nómine Patris et Fílii et Spiritussáncti. Amen.*

[*Modus absolvendi.*]<sup>665</sup>

*Et potius est absolutio sic imponenda, cum verbo singularis numeri quam pluralis, secundum theologos quamvis Hostiensis<sup>666</sup> aliter dicat.*

**¶** *In absolutione a majori excommunicatione sunt iiiij. observanda. Primum est quod excommunicatus juret se stare mandatis ecclesiam. extra de sent. ex Tenore.<sup>667</sup> sed hoc juramentum non est de substantia absolutionis. ut extra de. sen. ex. Cum desideres.<sup>668</sup> unde et si omittetur quod tamen fieri non debet non minus tenet absolutio. Porro de [196r.] pueris an jurare debent judicio relinquatur. Mulieres vero indubitanter jurare debent.*

**¶** *Secundum est ut si quis excommunicatus<sup>669</sup> pro notaria offensa in aliquem non absolveretur nisi prius sufficiens emendatio prestetur. Pro occulta vero offensa : aut pro contumacia sufficit juratoria cautio, ubi scilicet nulle expense petuntur. Sed si vero expense petuntur vel satisfactio damni : non debet reus absolvi nisi satisfaciat : si satisfacere valeat<sup>670</sup> : et peccat qui talem absolvit : si tamen de facto absolvat absolutus est. secundum W. Si autem emendationem facere non potest debet absolvi recepta prius ab eo ydonea cautione scilicet fidejussoria vel pignoraticia de satisfaciendo, cum ad pinguiorem fortunam pervenerit, extra de solut. Odardus cler.<sup>671</sup> quam si prestare non potest saltem prestet juratoriam et absolvatur, xvij. q. vj. Si presbiter.<sup>672</sup> talis quoque ad petitionem adversarii tenetur cedere bonis. ut dicit. W. super. x.<sup>673</sup>*

**¶** *Tertium est quod excommunicatus absolvatur per eum qui tulit sententiam vel per ejus superiorem aut ab aliquo auctortiate alterius eorum et per sacerdotem reconcilietur. Nam quamvis non sacerdos possit excommunicare et absolvere a sententia judiciali : tamen dicere debet absoluto : ut ostendat se sacerdoti qui ratione clavis ipsum absolvere debet quantum ad solennem reconciliationem et ecclesie satisfactionem : quia hec in absolutione excommunicati requiruntur. extra de vita & honestate clericorum. Quoniam.*

*in fine.<sup>674</sup> Et si minor excommunicatio requirat episcopum vel proprium sacerdotem pro absolutione obtinenda : multo fortius hoc requiritur in majori. secundum Hostiensem.* [196v.]

*Deinde consuetum est ut fiat absolutio hoc modo. Excommunicatus vestibus suis spoliatus ponat se ante januas ecclesie prostratum : vel flexis genibus eorum illo qui debet eum absolvere : qui absolvens alba vel superpellicio cum stola indutus, teneat virgam in manu sua dicendo totum et integrum psalmum, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. (j.) 184. cum Glória Patri. et Sicut erat. interim verberando penitentem cum virga videlicet percutiendo eum semel in quolibet versu vel magis vel minus, lenius vel acrius secundum quantitatem delicti : deinde finito psalmo dicat,*

Kýrie eléyson. Christe eléyson. Kýrie eléyson.

Pater noster. [*privatim.*]

[*V.*] Et ne nos [*indúcas in tentaciónem.*]

[*R.*] Sed líbera [*nos*]<sup>675</sup> [*a malo.*]

[*V.*] Salvum fac servum tuum *vel* ancíllam tuam Dómine.

[*R.*] Deus meas sperántem in te.

[*V.*] Nichil proficiat inimícus in eo *vel* in ea.

[*R.*] Et filius iniquitatis non appónat nocére ei.

[*V.*] Esto ei Dómine turris fortitúdinis.

[*R.*] A fácie inimíci.

[*V.*] Dómine exáudi oratióne meam.

[*R.*] Et clamor meus ad te véniat.

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum [*spíritu tuo*].<sup>676</sup>

[*V.*] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus cui próprium est miseréri semper et párcere súscipe depratióne nostram : et hunc fámulum tuum *vel* hanc fámulam tuam

quem *vel* quam excommunicatiónis cathéna constríngit : miseratio tue pietatis absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

*Deinde dicat absolvens sic.*

**A**uctoritaté Dei Patris omnipo-téntis et beatórum apostolórum

suórum Petri et Pauli et ecclésie sue sancte et nostra absólvimus te ab

[197r.] omni vínculo excommunicatiónis majo-  
ris quam incurrísti pro tali facto,  
*exprimendo illud factum in speciali* : et  
restitúimus te communióni et partici-

patíóni ecclésie et ómnium fidélium  
et ecclesiásticis sacraméntis. In nómi-  
ne Patris et Fílii et Spíritus Sancti.  
Amen.

**C** *Multa hic posita non sunt de essentia absolutionis sed de bene esse : et ponuntur hic ad instructionem simplicium sacerdotum.*

*Quartum requisitum est : quod absolvens post absolutionem injungat absolute rationabília mandata. Nam si irrationabilia injungeret posset appellare, extra de pact.*<sup>677</sup> *ca. fī. b. j. m. C con. li. iij. ti. xxxiiij. q. c. vij.*<sup>678</sup>

**C** *Et sciendum est quod in predictis non intelligitur absolvens illicite communicare cum excommunicato : sed licite facit, quia hec ad salutem anime pertinent, et in his licitum est cum excommunicatis communicare seu participare, nec sententiam incurrit, extra de sentencia excommunicationis Cum voluntáte.*<sup>679</sup>

**C** *Nota quod excommunicato a canone in sua absolutione principaliter injungendum est sub juramento suo : quod contra canonem illum nunquam veniat : videlicet incendiario, quod nunquam incendat nisi in bello justo : et percussori clericī, quod nunquam percutiat nisi in casu licto et ita de similibus, xxiiij. q. ult. Pessimam.*<sup>680</sup> *extra de sent. ex. Ex tenore.*<sup>681</sup> *In quibusdam autem requiritur cautio : quod de cetero talia non faciant, extra de sent. ex Gravem.*<sup>682</sup>

[197v.] **C** *Item quando excommunicatus habens justum impedimentum ne possit accedere ad eum a quo de jure foret absolvendus : et propter periculum mortis : vel aliud simile absolvitur ab eo qui alias eum absolvere non posset injungendum est ei ut quam cito poterit se presentet ei qui de jure absolvere debuit vel consuetudine recepturus mandata*<sup>683</sup> *ejus et satisfacturus, nam aliter reincidit in eandem sententiam : et eodem modo reincidunt absoluti a sede apostolica vel a legatis ejusdem sedis, quibus in absolutione injungitur ut ordinario vel alteri se presentent pro penitentia suscipienda : et quod satisfaciant injuriam passis et*<sup>684</sup> *hoc non faciunt quam citius commode poterunt, extra de sent. excom. Eos qui. li. vj.*<sup>685</sup>

**C** *Item si quis absolverit aliquem de facto ab excommunicatione a qua de jure non potuit absolvere cum hoc advertit, tenetur sic absolutum certificare de errore suo et consulere quod impetraret sibi absolutionem ab eo qui de jure absolvere potest.*<sup>686</sup>

## [Generalis sententia.]

*[Sequitur<sup>687</sup> generalis sentencia excommunicacionis quater in anno in singulis ecclesiis cathedralibus publicanda, ordinata in convocation cleri, anno Domini M° CCCC° xxx° iiiij<sup>to</sup>.<sup>688</sup>*

By the autorite of oure holi father the ('pope' erased) N. and alle his ('cardenallis' erased) archebisshopes bisshopes and alle holy chirche I denonce accursed and here now accuse alle tho that presume to take away or pryve ('any church of y<sup>e</sup>' crowded over an erasure) ryght that longeth ther to. Or elles, ayen ryght, stryve to breke or to trouble<sup>689</sup> the libertees of the chirche. And alle yos that purchace any manere of lettres for any temporell court to lette any proces of spirituell' luges in such cause that longeth to spirituell' court.

¶ And alle thou<sup>690</sup> that (erasure) with peple and noyse cometh to spirituell courtes, [20r.] and putteth the luges or the partyes or partie that there plede in fere, or ell', for as much as the parties sewe in spirituel court suche causes as longeth to spirituel court, make or procur any of such partyes her' advocates, procuratours, or other ministres of spirituel court, to be endyted, arrested, or any wyse to be vexid.

¶ Item alle thou that (erasure) presume to destrowble the pees<sup>691</sup> and tranquyllite of the kyng cure sovereyn lord or this reeme of Ynglond, and alle thou that wrongfully with holde any rygth longynge to the kynge.

¶ Item alle thou that wtyngly bereth fals wytnesse or procur' fals witnesse to be bore, or wtyngly bryngeth forth to jugement false wytnesses to lette ryghtfulle matrimonyn, or procuryng the disenherement of any persone.

¶ Item alle thou that of malice putteth any cryme or desclaundrer<sup>692</sup> to any man or woman whiche was not desclaundred by fore among goode men<sup>693</sup> so that he or she so desclaundrede be clepid to lugement and purgacōñ assigned to him or here upon the same crime, or greved in any other wise.

¶ Item alle tho that receyueth the kynges writis or comaūdementis to take such persones as ben cursed and for mede<sup>694</sup> or favor or any other wilfull cause doth not diew execucion ther of.

¶ And thei that letteth suche execucion or procure wrongfull' delyu'raunce of suche as ben cursed.

¶ Item alle thoo that taketh a wey, wasteth, or withdraweth any thyng out of hows, maners, grawng', or other places [of] archebisshope bisshops or any personnes of holy chirche ayenst here wille ; Or ayenst the wille of suche personnes that ben ordeyned and deputed kepers therof.

¶ Item alle thoo that draweth out of Sayntwarie any man or woman that fleithe thidyr to chirche or chirch yerd' or cloister for socour and ynmate<sup>695</sup> of holy chirche. Or lette or forbede necessarie lyfode,<sup>696</sup> to be geven to suche personnes beyng w<sup>t</sup> ynne Seyntuaries.

¶ And they that putteth violent handis on prest or clerk.

¶ Item alle thoo that usen any wichcrafte or soresserie or give ther to faith or credence.

¶ Item alle fals lurours and such ('that' *interlin.*) ben for swor on the boke ('or' *interlin.*) any other thinge.<sup>697</sup>

[20v.] ¶ <sup>695</sup>Item alle wilfulle brenners of hows.

¶ Item alle usuriers.

¶ Item all' tho that doth symonie or sacrilege.

¶ Heretykis.

¶ Lollardis and fawtours or favoroures of hem.

¶ Item alle famo<sup>9</sup> theves, robbers, and ravesshours.<sup>698</sup>

¶ Item alle falsaries of the ('pope his' *erased*) lettres.

¶ The kyng' lettres.

¶ Or any other ordinaries lettres of holy chirche.

¶ <sup>699</sup>Item alle countrefetours of testamentis.<sup>700</sup>

¶ Item alle tho that letteth diew execucioñ of testament or testamentis.

¶ Item alle witholders of tythes or other spirituel' coñodite; longinge to holy chirch<sup>701</sup> and alle that lette or procur' to lette tithes to be paid to the curat, or ellis arresteth, pledeth, or vexeth any man for fecching' or leding' awey of tithes withholdē.

¶ Item alle feloñs and meynteners of felons, conspiratours and menteners of fals' quarell.

¶ Item alle tho that usen fals weightis or fals mesur and in especial alle tho that usen a weight that be cleped an Annselle Shaft on poundr'.<sup>702</sup>

¶ Or holdeth or kepeth suche weight prively or openly.

Fiat, fiat.<sup>703</sup>]

**Benedictiones episcoporum  
et suffraganeorum.  
Confirmatio puerorum.**

[118r.]

*In primis dicat episcopus*

[V.] Adjutórium nostrum [in nōmine Dómini].

R. Sit nomen Dómini benedictum.

V.] Dóminus vobíscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

V.] Orémus.

*Oratio.*

**B**Mnípotens sempiterne Deus : qui regeneráre dignátus es hos fámulos tuos ex aqua et Spíritu Sancto, quique dedísti eis remissiónem ómnium peccatórum, immítte in eos septifórmem Spíritum Sanctum Paráclitum de celis. Amen. Spíritum sapiéntie et intelléctus. Amen. Spíri-

tum sciéntie et pietatis. Amen. Spíritum consílii et fortitúdinis. Amen.

¶ Et imple eos spíritu timoris Dómini. ¶ Amen. Et consígna eos signo sancte crucis ¶ et confirma eos chrismáte salútis in vitam propiciátus etérnam. Amen.

*Et tunc episcopus petat nomen et ungat pollicem chrismate : et faciat in fronte pueri crucem dicens, Consígno te N. signo crucis ¶ et confírmo te chrismáte salútis. In nōmine Pa¶tris, et Fí¶lli, et Spíritus ¶ Sancti. Amen.*

Pax tibi.

Orémus.

*Oratio.*

**B**EUS qui apóstolis tuis Sanctum dedísti Spíritum, quique per eos eórum successóribus ceterisque fidélibus tradéndum esse voluísti, respice propícias ad nostre humilitatis famulátum et presta : ut horum corda

quorum frontes sacrosáncto chrismáte delinívimus : et signo sancte crucis consignávimus, idem Spíritus Sanctus advéniens templum glórie sue dignáter inhabitando perficiat. Per Dóminum. ¶c. [In unitáte ejúsdem.]

Ecce sic benedicétur omnis homo, qui timet Dóminum.

Benedícat vos Dóminus ex Sion : ut videátis bona Hierúsalem ómnibus diébus vestris.

Benedícat vos omnípotens Deus : Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. Amen.

### ¶ *Benedictio indumentorum sacerdotalium.*

[*V.*] Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

[*R.*] Sit nomen Dómini benedíctum.]

[*V.*] Dóminus vobíscum.

[*R.*] Et cum spíritu tuo.]

*Ista in omnibus benedictionibus primo dicantur.*

[*V.*] Orémus.

#### *Oratio.*

**D**omi potens sempitérne Deus,  
qui per Moysen fámulum tuum :  
pontificália, se sacerdotália ac levítica  
vestiménta : ad expléndum mysté-  
rium<sup>704</sup> eórum in conspéctu tuo, et ad  
decórem tui nóminis fieri decrevísti :  
[118v.] adéstō propícιus invocatióibus nos-  
tris, ut<sup>705</sup> hec induménta désuper  
irrigáta grátia tua ingénti benedictióne  
per nostre humilitatis servitútem  
purificáre † benedícere † et cons-  
ecráre † dignérīs, ut divínis cútibus

et sacris mistériis apta et bene†dícta  
existant, hiisque sacris véstibus  
pontífices, sacerdótes seu levíte tui  
indúti, ab ómnibus impulsiónibus ea  
tentatióibus malignórū spírituum  
muníti ac defénsi esse mereántur :  
[omnésque eis uténtes]<sup>706</sup> tuis mys-  
tériis apti et condígni<sup>707</sup> servíre atque  
in hiis plácide inherére et devóte  
perseveráre tríbue. Per [Dominum  
nostrum].<sup>708</sup>

#### *Oratio.*

**D**eus invícte virtútis auctor : et  
ómnium rerum Creator ac  
Sanctificátor : inténde propícιus, ut  
hec induménta sacerdotális et levítice  
glórie : ministériis tuis finiénda<sup>709</sup> tuo  
ore próprio bene†dícere et sancti†

ficáre et consecrá † re dignérīs,  
omnésque eis uténtes tuis mistériis  
aptos : et tibi in eis devóte et  
amicabíliter serviéntes : gratos éffici  
concédas. Per Christum [Dóminum  
nostrum. Amen].<sup>710</sup>

*Et aspergat ea episcopus aqua benedicta et idem faciat in benedictione cuiuslibet specialis indumenti.*

### ¶ Benedictio specialis cuiuslibet indumenti.

Orémus.

*Oratio.*

**D**eus omnípotens bonárum virtútum dator : et ómnium beneficiónum largus infústor, te súpplices exorámus, ut mánibus nostris opem tue benedictiónis infúndas, ut hunc amíctum *vel* albam *vel* cinctórium *vel* manípulum *vel* dalamáticam *vel* planétam *vel* pluviále<sup>711</sup> divíno cútui preparátum : virtúte Sancti Spíritus

bene $\ddot{\times}$ dícere, et sancti $\ddot{\times}$ ficáre, atque conse $\ddot{\times}$ cráre dignérís. Et ómnibus eis uténtibus grátiam sanctificatiónis sacri mistérii tui benígnus concéde, ut in conspéctu tuo sancti et immaculáti atque irreprehensíbiles appáreant : et auxílium misericórdie tue acquírant. Per Christum.<sup>712</sup>

### ¶ Benedictio amictus.

Orémus.

*Oratio.*

**B**ene $\ddot{\times}$  dic Dómine quésumus, omnípotens Deus amíctum istum : tam levítici quam sacordotális officii, et concéde propícius, ut

quicúmque eum cápti suo impósuerit, benedictiónem tuam accípiat, sitque in fide sólidus et sauctitátis gravédine fundátus. Per Christum.<sup>713</sup>

### ¶ Benedictio albe.

Orémus.

*Oratio.*

**D**eus invícte virtútis auctor : et ómnium rerum Créator et Sanctificátor : inténde propícius, ut albam levítice ac sacerdotális glórie tuo ore próprio bene $\ddot{\times}$ dícere sancti $\ddot{\times}$

ficáre atque conse $\ddot{\times}$ cráre dignérís : omnésque ea uténtes tuis mystériis aptos : et tibi in ea devóte et amicabíliter serviéntes gratos éffici concédas. Per Dóminum nostrum.

### *Benedictio cinguli.*

Orémus.

*Oratio.*

**D**Mnípotens sempiterne Deus : qui Aaron et filiis suis sacerdotáli ministério : cíngulo cum bálteo in rénibus stringi jussísti, adésto supplicatióibus nostris, ut omnes tue sancte operatiónis minístri hac zona justicie circumsépti : renes

lumbósque sancta pudicítia precíngere sátagant atque preváleant, quátenus nec vento elatiónis : nec iniquitatis tabéscant : sed magis ac magis te opitulánte confirmári roborári ad tibi [119r.] plácita queant. Per [Dóminum].<sup>714</sup>

### *Benedictio manipuli.*

Orémus.

*Oratio.*

**C**Xáudi nos Dómine sancte Pater Omnípotens eterne Deus, ut hanc manípulum sacri mystérii úsui

preparátum bene ✕ dícere : sancti ✕ ficáre, atque conse ✕ cráre dignérís. Per Dóminum.

### *Benedictio stole.*

Orémus.

*Oratio.*

**D**Eus, qui stolis predicatóribus collum et pectus muníri jussísti : exáudi nos propícius : ut quicúmque tuórum sacerdótum huic stole colla

subjécerint : quicquid corde credunt boni protulérint<sup>715</sup> et quod edocúerint : factis adimplére festíneat. Per Christum.<sup>716</sup>

### *Benedictio stole et manipuli simul.*

[Orémus.

*Oratio.*]

**D**Omine Iesu Christe Fili Dei vivi : qui pius et misericors ore tuo sancto et benedicto dixisti, Veníte ad me omnes qui laboráti et oneráti

estis, et ego reficiam vos et inveniétis réquiem animábus vestris, jugum enim meum suáve est et onus meum leve, stolam istam et manípulum

istum quem fámuli tui sacerdótes et levíte tui<sup>717</sup> : ad ostendéndum se ser-vítí tue mancipátos gestatúri sunt : bene ✕ dícere, sancti ✕ ficáre atque conse✖cráre dignérís : quátinus<sup>718</sup> eis

uténtes jugum tuum suáve : et onus tuum leve séntiant et animábus suis réquiem invéniant sempitérnam. Per te Salvátor mundi Rex glórie. Qui vivis.

### *Benedictio casule.*

*Oratio.*

**D** Eus fons pietatis et justicie qui tui óperis minístros ad extré-mum vestimentórum suórum cásula cujus muniménto intérius ómnia tegeréntur vestíri sanxísti concéde précibus nostris virtútem et benedictiónem grátie tue : ut omnes hac cásula indúti : enumerátis intérius

ómnum virtútum ornaméntis : vínculum perfécte caritatis super ómnia hábeant et consérvent : quo perficere váleant sacrificium tibi gratum pro vivis et mórtuis et que devóta mente adipíisci desíderant : implére váleant. Prestánte Dómino nostro Jesu Christo. Qui vivit et regnat.

### *Benedictio mapparum seu lintheaminum altaris.*

*Oratio.*

**C**Xáudi preces nostraras Dómine : Et hec lintheámina sacri altária úsui preparáta bene ✕ dícere et sancti-

✕ ficáre digneris. Per Christum.<sup>719</sup>  
Amen.

Orémus.

*Oratio.*

**D**Omine Deus omnípotens qui ornaménta et lintheámina fáceret Móysen fámulum tuum per quadragínta dies [ornaménta et linteámina fáceret]<sup>720</sup> docuísti : que étiam María téxuit in usum tabernáculi fédoris

bene ✕ dícere : sancti ✕ ficáre et conse✖cráre dignérís hec lintheámina ad tegéndum et involvéndum altáre gloriosíssimi Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi. Qui [tecum]<sup>721</sup> vivit.

### *Benedictio patene.*

#### *Oratio.*

**P**RÉMUS fratres dilectissimi : ut  
divíne grátie benedictio cón-  
se**X**cret et sancti **X**ficet hanc pá-  
tenam : ad confringéndum in ea cor-

pus Dómini nostri Jesu Christi : qui  
crucis passióinem sustinuit pro salúte  
ómnia nostrum. Qui vivis et  
regnis.<sup>722</sup>

#### *Oratio.*

**P**MNIPOTENS sempiterne Deus  
qui legálium institútor es  
hostiárum : quique inter eas con-  
spérsam similáginem deferri in pátenis  
[119v.] áureis et argénteis ad altáre tuum  
jussísti : bene**X**dícere : sancti**X**ficáre

atque con**X**scráre dignérís hanc  
pátenam in administratióñem eucha-  
ristie Jesu Christi Fílii tui, qui pro  
nostrum ómnium salúte seípsum tibi  
Deo Patri in crucis patíbulo élégit  
immolári. Qui tecum.

*Hic faciat episcopus crucem cum pollice de oleo sancto super patenam : et mox liniat lotam superficiem cum ipso pollice dicens Con**X**scráre et sancti**X**ficáre dignáre Dómine pátenam istam : per istam unctionem et nostram sanctam benedictiónem : in Christo Jesu Dómino nostro. Qui tecum.*

#### *Prefatio ad calicem.*

**P**RÉMUS dilectissimi fratres : ut  
Deus et Dóminus noster cá-  
licem istum in usum sui ministérii  
consecrándum celéstis grátia inspi-

ratióne sanctificet : et ei<sup>723</sup> ad habén-  
dam plenitúdinem divíni amóris  
accómodet. Per [Dóminum].<sup>724</sup>

### **C** Benedictio calicis.

**D**IGNÁRE Dómine Deus noster  
cálicem istum bene**X**dícere, in  
usum ministérii tui pia devotíone  
formátum : et sanctificatióne perfún-  
dere : qua Melchísedech fámuli tui

sacrátum vas vel cálicem perfudísti : et  
quod arte vel métallo éffici non potest  
altáribus tuis dignum : fiat tua bene-  
dictiōne sanctificátum. Per Chris-  
tum.<sup>725</sup>

*Hic faciat crucem de chrismate a labio ejus in labium cum pollice et mox liniat et*

*perungat calicem totum infra dicens Con†scráre et sancti †ficáre dignáre cálicem istum per istam sanctam unctiónem et nostram benedictiónem : in Christo Jesu Dómino nostro. Qui tecum. Actíones nostras quésimus Dómine aspirándo pre-véni et adjuvándo proséquere : ut cuncta nostra operáto et a te semper incípiat, et per te cepta finiátur. Per Christum.<sup>726</sup>*

Orémus.

[*Oratio.*]

**D**Mnípotens sempiterne Deus  
mánibus nostris quésmnus o-  
pem tue benedictónis infúnde : ut  
per nostram benedictónem hoc  
vásulum cum pátena sancti † fi-

céntur et córporis et sanguinis  
Dómini nostri Jesu Christi novum  
sepúlchrum Sancti Spíritus grátia  
perficiátur. Per Christum.

*Vasa sacra et alia ornamenta ecclesie in genere benedicantur hoc modo.*

[*X.*] Adjutórium nostrum [in nómine Domini.]

*R.* Qui fecit celum et terram.]

[*X.*] Orémus.

[*Oratio.*]

**C**Xáudi Dómine preces nostras  
clementíssime Pater : et hec  
purificánda vasa et ornaménta sacri  
altáris atque ecclésie tum sacre mys-

térii úsui preparáta bene † dícere et  
sancti † ficáre dignérís. Per Chris-  
tum.<sup>727</sup>

[*Oratio.*]

**D**Mnípotens et misericors Deus :  
qui ab início útilia et necessária  
homínibus creásti : templáque manu  
homínū facta : nómini tuo sancto  
dicári : tuéque habitatiónis loca vocári  
voluísti, quiqe per fámulum tuum  
Móysen vestiménta pontificália et  
sacerdotália et levítica : et ália queque  
divérsi géneris ornaménta ad cultam  
et decórem tabernáculi et altáris fieri

decrevísti, exáudi propícius preces  
nostras, et ómnia hec diversárum  
speciérum ornaménta in usum basílice  
tue vel altáris, ad honórem et glóriam  
tuam preparáta, puri † ficáre bene † -  
dícere sancti † ficáre atque conse † -  
cráre dignérís : ut divínis cútibus  
sacrísque mystériis apta et benedicta  
existant, hiisque<sup>728</sup> confectionib⁹  
córporis et sanguinis Dómini nostri

Jesu Christi dignis páreant famu- | látibus. Qui tecum.  
*Et aspergantur aqua benedicta.*

### ¶ *Benedictio librorum.*

[V.] Adjutórium nostrum. *et cetera.* 363.

[V.] Orémus.

[*Oratio.*]

[120r.] **D**escéndat Dómine virtus Spíri-  
tus Sancti super hunc librum,  
qui eum mundándo puríficet et  
benedícat atque sanctíficet : et óm-  
nium in eo legéntium cleménter

corda illúminet : et verum intelléctum  
tríbuat, sed et intelligéndo tua  
precépta conserváre : et implére  
secúndum voluntátem tuam : bonis  
opéribus concédat. Per Dóminum.

*Et aspergantur aqua benedicta.*

### *Benedictio thuribuli.*

[V.] Adjutórium. *et cetera.* 363.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**omine Deus qui dum filios  
Israel in desérto murmurántes :  
ob rebéllem suam audáciā durum  
vastáret incéndium, Aaron sacerdótem  
tuum ac repléto igne altáris thuríbulo  
tibi incénsu ponéntem exaudíre

eósque de incéndio liberáre dignátus  
es, béne ✕ dic quésumus Dómine  
thuríbulum hoc et presta, ut quóties  
in eo thus adulébitur : votum pópuli  
tui boni odóris efficias. Per  
Dóminum.

### *Benedictio incensi.*

[V.] Adjutórium. *et cetera.* 363.

[V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**omine Deus omnípotens : cui  
astat exércitus angelórum cum  
tremóre : quorum servítium spirituálē  
et ígneum esse cognóscitur, dignáre

respícere, bene ✕ dicere et sancti ✕  
ficáre hanc creatúram incénsi ut  
omnes languóres : cunctéque insídie  
inimíci odórem ejus sentiéntes : ef-

fúgiant et separéntur a plasmáte tuo :  
quod pretióso sanguine redemísti, ut  
nunquam ledántur a morsu antiqui

serpéntis. Per Dóminum [nos-  
trum].<sup>729</sup>

### ¶ *Benedictio corporalis.*<sup>730</sup>

[V.] Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

[R.] Qui fecit celum et terram.

[V.] Orémus.

#### *Oratio.*

**C**lementíssime Deus : cujus iner-  
rábilis est virtus : cujus mistéria  
archánnum<sup>731</sup> miráculis celebrántur,  
tríbue quésumus ut hoc líntéamen tue  
propiciatiónis benedictiónis sanctifi-

cétur [: et]<sup>732</sup> ad consecrándum super  
illud corpus Dei et Dómini nostri  
Jesu Christi Filii tui dignum  
efficiátur. Per eúndem.

Orémus.

#### *Oratio.*

**D**eus qui pro humáni géneris  
salvatíone verbum caro factus  
es, et habitare totus in nobis non  
dédignátus es, quique tradítori tuo  
pérfido ósculum pium dedísti : dum  
pro vita ómnium pius mactári voluísti,  
atque sindóne líneo texto te invólvi  
permisísti, résponce propícius ad vota  
nostra : qui tua fidéliter charismáta  
amplécti cúpimus : quésumus Dómi-  
ne sancti ✕ ficáre bene ✕ dícere et  
conse ✕ cráre dignérís hoc corporále  
in usum altáris tui : ad consecrándum  
super illud : sive ad tegéndum invol-  
vendúmque sacrosánctum corpus et  
ságuinem tuum. Dómine Jeau

Christe : dignísque páreat famulá-  
tibus, ut quicquid sacro ritu super hoc  
immolábitur sicut Melchísedech  
oblátum, pláceat tibi holocáustum et  
obtíneat per hoc prémium quicúnque  
obtúlerit votum. Te quoque humíli-  
ter rogámus ac pétimus : ut hoc  
corporále tue sanctificatiónis ubertáte  
per Sancti Spíritus grátiā purífices  
et sanctífices, qui te pro nobis  
ómnibus offérre sacrificium voluísti :  
et presta ut super hoc sint tibi  
libámina accépta, sint grata, sint  
píngua,<sup>733</sup> et Spíritus Sancti rore  
perfusa, Salvátor mundi. Qui vivis.

Orémus.

*Oratio.*

**D**EUS qui digne tibi serviéntium nos imitári desíderas famulátum, respice propícius ad humilitátis nostre servitútem, et hoc corporále nómini tuo dedicátum et servitútis tue úsibus preparátum : celéstis virtútis benedictióne sanctí ✕ fica pu-

rí ✕ fica et cón ✕ seca : quátenus super illud Spíritus Sanctus tuus descéndat : qui et oblatónes pópuli [120v.] tui benedícet : et corda sive córpora suméntium benígnus reficiat. Per Dóminum [nostrum].<sup>734</sup>

*Benedictio preculorum.*<sup>735</sup>

**D**EUS ómnium benedictiónum largus infúsor : ac ómnia bone actiónis inspirátor, qui ómnia tabernáculi fédéreris ornaménta ad devotíonem pópuli tuo ore próprio fieri precepísti, te húmili prece depóscimus ut hec orácula sive precária sanctitatis effigiem pretendéntia : et ad devóte orándum beatíssimam vírginem Maríam Dei genetrícem adoptáta : et ad psalléndum ejúsdem sanctíssime vírginis psaltérium confécta et preparáta : illa benedictióne perfúndas et bendedícas : qua olim per manus sacerdó-

tum utensília tabernáculi perfudísti : [Et]<sup>736</sup> concéde ut quicúnque his oráculis sive precáriis ipsam glorio-síssimam vírginem suppliciter hono-rare studérint, aut in hiis quocúnque loco coram sua imágine preces effúndere decréverint, aut ejus patro-cínium postuláverint, illíus précibus et obténtu grátiam et glóriam : con-summáto vite preséntia témino obtíneant : et tue propiciatiónis indulgéntiam consequántur. Per [Dó-minum nostrum Jesum Chris-tum. et cetera].<sup>737</sup>

Orémus.

*Oratio.*

**S**OLUS et in ineffábilis et incom-prehensíbilis Créator omnípo-tens Deus cujus verbo et potestáte cuncta sunt créata, cujus dono percépimus que ad vite remédia possidémus, te súpplices obníxis

précibus deprecámur, ut de sede majestatis tue : hec orácula sive precária fidélium famulórum tuórum sanctitati conveniéntia : tua benedic-tióne et celésti sanctificatióne perfún-dere dignéris : quátinus<sup>738</sup> beneplá-

citum munus in his orántium ac-  
cípias. Sintque hec orácula sive  
precária in conspéctu tue cleméntie  
libénter accépta sicut Abel alúmni tui  
vel sicut Melchísedech múnera tibi  
placuérunt obláta, ut qui in his  
beatíssimam Dei genetícem Maríam :  
suis sanctis nítitur decoráre obséquiis,  
Fílius ejus Dóminus noster Jesus  
Christus magna pro parvis recom-  
pénsset, devotiónem ejus accípiat,

peccáta dimíttat, fide eum répleat,  
indulgéntia fóveat, misericórdia pró-  
tegat, advérsa déstruat, próspera  
concédat, hábeat in hoc século bone  
actiónis documéntum, caritátis stú-  
dium, sancti amóris afféctum et in  
futúro cum sanctis ángelis gáudium  
adipiscátur perpétuum. Per eúndem  
Dóminum nostrum Jesu Christum.  
etc.

[¶] *Benedictio ad omnia quecunque volueris.*

[V.] Adjutórium nostrum. 365.

**B**enedic Dómine creatúram is-  
tam. N. ut sit remédium salutáre  
géneri humáno : et presta per invo-  
catiónem sanctíssimi nóminis tui : ut

quicunque ex ea súmpserit, córporis  
sanitátem et ánime tutélam precípiat.  
Per Dóminum mostrum Jesum  
Christum. etc.]<sup>739</sup>

## [*Benedictio campane.*<sup>740</sup>

[161r.] *Incipit modus ad signandum sive campanam benedicendum.*<sup>741</sup>

*In primis presbyter indutus superpellicio et stola et cruce precedente cum clero et populo congregato dum metallum decurrit pro campana facienda incipit hymnum Veni Crátor.*

154. *cum versu et collecta de Sancto Spiritu. Quando vero completa est incipit Te Deum laudámus. (Brev.:[44].) Et omnes clerici una voce debent cantare. Et in fine, Da pacem.*

*Versus.* A Dómino factum est istud.

*R.* Et est mirábile[ in óculis nostris.

*V.* Dóminus vobíscum.

*V.* Et cum spíritu tuo.

*V.* Orémus.]

### *Oratio.*

**A**ctiones nostras quésumus Dómine aspirando prevéni et adjuvando proséquere : ut cuncta nos-

tra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te cepta finiátrur. Per Christum.

*Quando volunt pendere, possunt : sed primitus benedicitur, et consecratur in modum qui sequitur.*

**I** Benedictio aque.

*V.* Adjutorium nostrum [in nomine Domini.

*R.* Qui fecit celum et terram.]

*V.* Sit nomen [Dómini benedictum.

*R.* Ex hoc nunc et usque in séculum.

*V.*] Orémus.

### *Oratio.*

**B**ene ✕ dic Dómine hanc aquam benedictióne celésti : et assístat super eam virtus Spíritus Sancti, ut cum hoc vásulum ad invitándos filios ecclésie preparátum in ea fúerit tinctum, ubicúnque sonúerit ejus tintinnábulum : longe recédat virtus

inimicórum, umbra phantásmatum, incúrsio túrinum : percússio fúlmineum lésio tonítrum, calámitas tempestátum, omnísque spíritus procellárum. Et cum clangórem illius audíerint filii Christianórum, crescat in eis devotiónis augmémentum : ut festinán-

tes ad pie matris grémium, cantent  
tibi in ecclesia sanctórum, deferéntes  
[161v.] in sono tube precónium, modulati-  
ónem per psaltérium, exultatióne per  
órganum, suavitátem per tým-

panum, jocunditátem per cýmbalum,  
gentes invitáre váleant in templo  
sancto tuo suis obséquiis et précibus  
exércitum angelórum. Per Dómi-  
num. In unitáte ejúsdem.

**C** Postea debet cantare hos sex psalmos :

Lauda áнима mea Dóminum. (cxlv.) 238.

Laudáte Dóminum quónium bonus est. (cxlvj.) (Brev.: [362]).

Lauda Hierúsalem Dóminum. (cxlvij.) (Brev.: [363]).

Laudáte Dóminum de celis. (cxlvij.) 322.

Cantáte Dómino cáanticum novum : laus ejus in ecclésia sanctórum. (cxlix.) 323.

Laudáte Dóminum in sanctis ejus. (cl.) 323.

**C** Et dum cantantur debet sacerdos lavare cloacam de supradicta aqua benedicta cum  
oleo benedicto, et sale benedicto : quod benedicitur sicut in die dominico. Deinde dicit  
orationem sequentem.

Orémus.

*Oratio.*

**D** Eus, qui per beátum Móysen  
legíferum tubas argénteas fieri  
precepísti : quas dum Levíte sacrificií  
clángeren, sónitu dulcéinis pópulus  
móritus ad adorándum te fieret  
preparátus : quarum clangóre hortátus  
ad bellum tela prostérneret adver-  
sántium : presta ut hoc vásulum tue  
ecclésie preparátum sanctificétur  
Spíritu Sancto : ut per illíus tactum,  
fidéles inviténtur ad prémium. Et  
cum melódia illíus áuribus insonúerit

populórum, crescat in eis devótio fidei :  
procul pellántur omnes insídie  
inimíci. Fragor grándinum, procélla  
túrbinum, ímpetus tempestátum  
temperéntur. Infésta tonítrua, ventó-  
rum flagra fiánt salúbriter ac moderáte  
suspénsa. Prostérnas áreas potestátes  
dékterea tue virtútis : ut hoc audiéntes  
tintinnábulum, tremíscant et fúgiant  
ante sancte crucis vexíllum. Per  
Dóminum[. In unitáte] ejúsdem.

**C** Tunc debet eam extergere linteo, dicendo hunc psalmum.

(*Psalmus xxvij. 3-11.*)

**V**ox Dómini super aquas Deus  
majestatis intónuit : Dóminus  
super aquas multas.

4. Vox Dómini in virtúte : vox  
Dómini in magnificéntia.

5. Vox Dómini confringéntis cedros :  
[162r.] et confrínget Dóminus cedros Líbani.

6. Et commínuet eas tanquam ví-  
tulum Líbani : et diléctus quemá-  
dmódum filius unicórnium.

7. Vox Dómini intercidéntis flam-  
mam ignis : vox Dómini concutiéntis

désértum, et commovébit Dóminus  
désértum Cades.

8. Vox Dómini preparántis cervos et  
revelábit condénsa : et in templo ejus  
omnes dicent glóriam.

9. Dóminus dilúvium inhabitáre facit :  
et sedébit Dóminus Rex in etérnum.

10. Dóminus virtútem pôpulo suo  
dabit : Dóminus benedíctet pôpulo  
suo in pace.

Glória Patri et Fílio.

Sicut erat. &c.

**C** Post hec tangere eam debet de chrismate foris septies : et intus quarter dicendo.

Orémus.

*Oratio.*

**B**Mnípotens sempitérne Deus,  
qui ante arcum fédoris, per  
clangórem tubárum muros lapídeos  
quibus adversántium cingebátur  
exércitus, cádere fecísti : tu hoc  
tintinnábulum celéstí benedictióne  
perfúndere, ut ante sónitum ejus  
lóngius effugéntur ignítá jácula  
inimíci, percússio fúlminum, ímpetus  
lápidum, lésio tempestátum, ut ad  
interrogatióñem prophéticam, Quid  
est tibi mare quod fugísti ? suis  
móribus cum Jordánico retroácto  
fluéndo respóndeat, A fácie Dómini  
commóta est terra : a fácie Dei Jacob.

Qui convértit sólidam petram in  
stagna aque : et rupem in fontes  
aquárum. Non ergo nobis Dómine  
non nobis : sed Dómini tuo da  
glóriam. Super misericórdia tua et  
veritáte tua. Ut cum presens vásco-  
lum (sicut relíqua altáris vasa) sacro  
chrismáte tángitur et úngitur óleo  
sancto : quicúnque ad sónitum ejus  
convénerint, ab ómnibus inimicórum  
tentatióñibus líberi, semper fidei  
cathólice documénta secténtur. Per  
Dóminum nostrum. In unitáte  
ejúsdem.

**C** Tunc ponit incensario ignem et thymiamam et thus et myrrham, erigendo clocam supra

*incensarium, ut totum illum fumum colligat, dicendo hanc antiphonam.*

Deus in sancto via tua : quis Deus magnus sicut Deus noster ?

[162v.]

*Psalmus. (lxxvj. 17-22.)*

**V**Idérunt te aque Deus vidérunt te  
aque et timuérunt : et turbáte  
sunt abýssi.

18. Multitúdo sónitus aquárum :  
vocem dedérunt nubes.

19. Etenim sagítte tue tránseunt :  
vox tonítrui tui in rota.

20. Illuxérunt coruscátiones tue  
orbi terre : commóta est et con-  
trémit terra.

21. n mari via tua, et sémite tue in  
aquis multis : et vestígia tua non  
cognoscéntur.

22. Deduxísti sicut oves pópulum  
tuum : in manu Móysi et Aaron.

Gloria Patri et Filio : et Spiritui  
Sancto.

Sicut erat in principio et nuuc, et  
semper : et in secula seculorum amen.

*Postea dicit.*

[V.] Dómíne exáudi [oratióñem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V.] Dominus vobiscum.

[R.] Et cum spíritu tuo.

V. Orémus].

*Oratio.*

**D**Mnípotens dominátor Christe,  
quo secúndum assumptióñem  
carnis dormiénte in navi dum obórtá  
tempéstas mária conturbáset : et  
prótinus excitáto et imperánte  
dissíluit : tu cecessítibus pópuli tui  
benígnus succúrre. Tu hoc tintin-  
nábulum Sancti Spíritus rore per-  
fúnde : ut ante sónitum illíus semper  
fúgiat inimícus : invitétur ad fidem  
pópulus Christiánus : hostílis terre-  
átur exércitus : confortétur in Dó-

mino per eum pópulus evocátus :  
atque sicut Davídica cíthara delectátus  
désuper descéndat Spíritus Sanctus.  
Atque ut Samuéle agnum mactánte in  
holocáustum tuum, rex etérni impérii  
fragóre aurárum turbam répulit  
adversántem : ita dum hujus vásculi  
sónitus transit per núbila, ecclésie  
convéntum manus servet angélica :  
fruges credéntium et mentes et  
córpora, salvet protéctio sempitérna.  
Qui vivis. ejúsdem.

¶ *Deinde aspergatur aqua benedicta, et totus popului presens. Et imponatur sibi nomen per sacerdotem, apponendo manus supra et simul imponunt patrini et matrine. Et post presbyterum nominant suum nomen cooperando colcam linteis. ¶ Finis.]*

## [*Compotus.*]

[ ¶ *Sequuntur*<sup>742</sup> quedam regule secundum parvum compotum ecclesie Romane cum [1522:203r.] multis aliis documentis.



Ompotus est talis proprie dictus manualis.

¶ *Pro litera dominicali.*

A. b. c. sunt extra : g. supra : d. e. f. manent infra.

¶ *Pro annis domini habendis.*

Octo bis ex centum remanent : ex mille<sup>743</sup> viginti.

*Versus.* Filius esto Dei celum bonus accipe gratis.

¶ *Pro bissexto.*

Bissexturn sexte martis tenuere kalende.

Posteriori die celebrantur festa Mathie.

Sabbata si teneant ibi non alibi celebrantur.

¶ *Pro concurrente.*

A. sex. b. quinque. c. quattuor. e. duo. d. tres.

Primus concurrens f. littera, semptimus est g.

¶ *Pro numero dierum cuiuslibet mensis.*

[203v.]

Junius, Aprilis, September, et ipse November

Dant triginta dies : reliquis superadditur unus.

De quorum numero Februarius excipiatur.

Nanque quater septem fertur habere dies.

Sed cum bissextus fuerit superadditur unus.

¶ *De septem planetis.*

Sol Ve. Mercu. Luna Saturnus Juppiter et Mars.

¶ *Quot nona idus et kalendas.*

Sex Mayus nonas October Julius et Mars.

Quattuor at reliqui : tenet idus quilibet octo.

Inde dies reliquias omnes dic esse kalendas.

¶ *De duodecim signis.*

Est Aries Taurus Geminji Cancer Leo Virgo.

Libraque Scorpius Architenens Capricornus et Urna.

Qui tenet et Pisces : sita sunt hoc ordine signa.

Semper quindenis ponuntur signa kalendis.

¶ *De numero aureo.*

Aureus hinc numerus his versibus est manifestus.

*Versus.* Ternus undin. nod. octo sex quinque tred. ambo decem doct.

Septem quind. quartus dud. iota novem dest sextus quat.

¶ *Pro situatione.*

Est sine din Febru. sine to Pril : Junius : Augu.

October sine que. bo vultque December agesse.

¶ *Pro lunatione embolismali.*

Embolismalis lunatio semper erit par.

Impare par, impar pare, fit lunatio mense.

Illius est mensis cui dat lunatio finem.

¶ *Pro clavibus.*

Prima g Jani supremaque g que secunda

[204r.] Martis : et Aprilis g teria g que suprema.

¶ *Pro adventu.*

Andree festo vicinior ordine quovis.

Adventum domini prima colit feria.

Si cadat in lucem domini celebratur ibidem.

¶ *Pro inditionibus.*

Si per quindenos domini diversis annos

His tre adjungens inditio fit tibi presens.

Dant centurm gentes tibi mille decem quoque reddit.

Dum redit October inditio fit nova semper.

Quattuor atque tribus ipsi prelata diebus.

¶ *Pro diebus egris.*

Augurio decies auditio lumine clangor.

Linquit olens abies colit colus fercula gallus.

¶ *Pro solstitiis.*

Hec duo solsticia faciunt Cancer Capricornus.

Sed noctes equant Areis et Libra diebus.

¶ *Pro observatione jejuniorum.*

Petrus et Andreas Paulus cum Simone Judas

Ut jejunemus nos admonet atque Matheus.

Nat. Domini, penteque Johan. Lau. sumptio sancta.

Sed cum predictis addes sanctos simul omnes.

Horum vigiliis jejunes luceque Marci.

¶ *Pro quattuor temporibus.*

Post penthecostes cru. Luci. scio tempora quattuor anni.

¶ *Pro festis mobilibus inveniendis.*

Post epiphaniam tres pri. tres di. pascha Domini fit.

¶ *In septuagesima tres sunt dominici.*

Circundederunt me. Esto. Exurge.

[204v.]

¶ *In quadragesima sex.*

In. Re. O. Le. Ju. Do.

¶ *In tempore paschali sex.*

Re. Qua. Mi. Ju. Can. Vo.

Lune post, rogationes celebrantur. Jovis sequenti ascensio Domini.

Secunda dominica post, celebratur penteco.

Et in octava die festum sanctissime Trinitatis estivalis.

Et Jovis sequenti, festum sanctissimi sacramenti.

Et dominica proximiori adventui, festum Trinitatis hyemalis.

Et inter illa festa Trinitatis celbrantur historie.

¶ *Versus pro historiis fuendis.*

India da bursas auratas ad data clausas.

¶ *Nota quod unst septem historie post Trinitatem estivalem que sunt celebrande infra trinitatem hyemalem.*

*Prima est Deus omnium. Secunda In principio. Tertia Si bona. Quarta Peto Domine. Quinta Adonai. Sexta Adaperiat. Septima Vidi Dominum.*

*Quelibet historia habet tot dominicas quota est in ordine alphabeti cuiuslibe dictionis hujus versus India dat. ut supra.*

¶ *Regula sponsalium.*

Adventus Domini, sep. ro. sponsalia demit.

Post octa. epi. pas. pente. tunc illa resumit.

Aspiciens veterem circun. qua. quis benedicta.

Adventum Domini post festum suscipe Lini.

Salve festa dies que vulnera nostra coherces.

Angelus est missus : est passus in cruce Christus.

Est Adam factus et eodem tempore lapsus.

[205r.] Ob meritum decime cadit Abe fratrī ab ense.

Latro dulce tamen per Christum suscipit amen.

In cruce pro te sum : fili me respice cesum.

Pro vita populi respice quanta tuli.

¶ *Sequuntur festa in quorum missa dicitur Credo.*

Festa Dei matrisque sue, sancti simul omnes.

Crux, Michael, nascens precursor, apostolus omnis.

Magdalena, dominique dies hec Credo requirunt.

¶ *Quando dicitur Gloria in excelsis. et Ite missa est. et Te Deum.*

Versus. Non est Glo. sine Te. sine Glo. non dicitur Ite.

Cantat circun. Te. sine Glo. nec dicitur Ite.

Ac etiam dico duo sabbata dant sine Te. Glo.

¶ *Pro collectis finiendis.*

Si collecta Patrem prenominet, et tamen infra

Mentio sit Prolis : in fine legas Per eundem.

Mentio nulla sit Prolis : tunc Per Dominum dic.

Si procedat in hac nomen nati sine Patre

Qui cum Patre Deo vivis, concluditur illa.

Ejusdem dicas si Spiritus intus habetur.

¶ *Pro exorcistis.*

Omnibus Oremus exorcistis prohibemus.

His non Per Dominum, liceat concludere finem.

Sed per eum qui venturus damnare per ignem.

¶ *De proprietatibus hostie.*

Candida triticea tenuis non magna rotunda.

Expers fermenti, non falsa sit hostia Christi.

Mortuus iste semel : sed ultra non morietur.

Item quotidie super aras sacrificatur.

Ara crucem, tumulumque calix, lapidemque patena.

Sindonis effectum candida byssus habet.]<sup>744</sup>

## [*Modus*<sup>745</sup> *ejiciendi seu separandi leprosos infirmos a sanis.*<sup>746</sup>

[164v.]

 *N* primis enim infirmus seu leprosus vestitus toga et habitu solito, existens in doma sua : adventum presbyteri ituri ad domum ipsius et ad ecclesiam ducturi non habet ignorare, sed eum sic expectare. Nam presbyter indutus superpelliceo et stola, cruce precedente, progreditur ad domum infirmi, verbis salutaribus alloquens, et pretendens ei et demonstrans quod hac infirmitate corporali sanitatem anime domumque salutis eterne, benedicens Deum et laudans patienterque tolerans, secure potest sperare. Et aliis verbis secundum materiam subjectam prolatis, presbyter leprosum aqua benedicta reapersum ducat ad ecclesiam, cruce precedente, et presbytero sequente, deinde infirmo.

*In ecclesia vero ante altare pannus niger, si habeatur, supponatur duobus tretellis disjunctis, et juxta stet infirmus, genibus flexis, inter tretellos subtus positus, similitudinem [165r.] mortui gerens, quamvis vivat corpore et spiritu, Deo donante : et sic ibi devote possit missam audire. Qua finita el aspersa aqua benedicta, per presbyterium cum cruce ad locum ubi moram debet trahere ducendum est. Quo ibidem pervento, sacre scripture utendo documentis, scilicet Memorare novissima tua, et in eternum non peccabis. unde Augustinus dicit : Facile contémnit ómnia qui se semper cónitat esse moritúrum. Presbyter cum palla terram super quemlibet pedum ejus projicit dicendo Sis mórtuus mundo, vivens íterum Deo. Et eum consolans et in patientia corroborans verbis Esaie de Domino nostro Jesu Christo dicentis Vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portávit, et reputávimus eum quasi leprósum percússum a Deo et humiliátum. et dicat Si in infirmitáte corporáli causa patientie Christo assimiláveris, profecto speráre potes, quod spíritu cum Deo letáberis. Hoc tibi concédat Altíssimus in libro vite ascríbens te cum fidélibus. Amen.*

*Notandum quod presbyter debet eum ducere ad ecclesiam de templo ad suam domum ut defunctum, cantando responsoriū Líbera me Dómine. ita quod idem infirmus fuerit coopertus panno nigro. Et celebratur missa in exclusione ejusdem ad libitum presbyteri vel infirmi, sed tamen consuetum est dicere istam.*

*Introitus.*<sup>747</sup> Circumdedérunt me. *Quere in septuagesima.* (Missal:217.)

*Collecta.* Omnipotens sempiterne Deus salus eterna credéntium. (Missal:[276].)

*Epistola.* Carissimi. Tristáatur quis<sup>748</sup> vestrum. (Missal:[ 276].)

*Resp.* Miserére mei. *Vers.* Conturbáta sunt. (Missal:381.)

Alleluya. *V.* Qui sanat. (Missal:1073.)

*Si in quadragesima, tractus.* Commovísti. (Missal:229.)

[166v.] *Evangelium.* Intrávit Jesus in Caphárnaum.<sup>749</sup>

*Offertorium.* Dómine exáudi. (Missal:629.)

*Secreta et postcommunio in communibus orationibus.* (Missal:277.)

*Communio.* Rédime [me] Deus Israel ex ómnibus angústiis nostris. (Missal:456.)

*Missa vero celebrata exeundo extra templum stare debet ad portam aspergendo eum aqua benedicta. Et debet eum recommendare populo. Prius tamen infirmus debet confiteri in ecclesia et non plus : et eum conducendo iterum incipit responsorium Líbera me Dómine. cum aliis versiculos. Deinde quando pervenit in campis facit sicut predictum est.*

*Et concludit faciendo prohibitiones sibi in modum qui sequitur.*

Deféndo tibi nunquam intráre ecclésiis, in foro, in molendíno, in fumo, et in societátibus populórum.

Item deféndo tibi nunquam laváre manus taas, nec étiam ália tui necessária in fóntibus neque in rívulis quarumcúmque aquárum. Et si vis bóbere : háurias aquam cum tuo busílio vel áliquo vase.

Item deféndo tibi ne de cétero vadas sine hábitu leprosáli : ut cognoscáris ab áliis : et noli decalciáti esse extra domum tuam.

Item deféndo tibi ne tangas áliquam rem quam voluéris emére, in quocúnque loco fúeris : nisi cum quadam virga vel quodam báculo, ut cognoscátur quid queris.

Item deféndo tibi ne de cétero intres tabérnas : vel álias domos si velis vinum emére : vel quod datur fac illud pónere in tuo busílio.

Item deféndo tibi ne commisceáris alícui mulíeri nisi tue cónjugi.

Item precípicio tibi eúdo per itínera alícui te interrogánti non respóndeas nisi prius fúeris extra iter sub vento : ut non de te male hábeat. Et quod non de cétero vadas per strictum vicum, ne óbvies alícui.

[166r.] Item precípicio tibi si necéssitas urget tibi per quoddam pedágium super apra vel álibi ire, ut non tangas stípites vel instruménta mediántibus quibus transiéris : nisi prius posúeris tuas cyrótecas.

Item deféndo tibi quod non tangas infántulos neque júvenes quicúnque sint, neque eis vel áliis aliquándo des de bonis tuis.

Item precípicio tibi ne de cétero cómedas neque bibas in societátibus nisi cum leprósis. Et scias quod quando moríeris in domo tua sepúltus eris : nisi fúerit de

grátia precedénte petíta in ecclésia.

*Sed nota quod antequam intret domum suam : debet habere tunicam et caligas de griseo : sotulares proprios videlicet simplices : et signum suum clamitelas : unum caputium et unam togam, duplicita lintheamina, unum busillum, unum intrusorium, unum corrigiam, unum cultellum, et unam scutellam. Domus enim debet esse parva : unus puteus, unum cubile ornatum lintheaminibus, auricale, unam arcam, unam mensam, unam sedem, unum luminare, unam pallam, unum potum : et alia necessaria.*

*Deinde omnibus completis sacerdos sibi demonstret decem precepta que sibi fecit : et vivat in terra in pace cum proximo. Nunc demonstranda sunt ei decem precepta Dei, ut vivat in celis cum beatis et dicit ei presbyter populo presente. Quere infra illa decem precepta suo loco. Demonstret ei etiam sacerdos quod quotidie quilibet fidelis Christianus tenetur dicere devote, Pater noster. Ave María, Credo in Deum. et Credo in Spíritum. 77. Munire se signo crucis sepe dicendo Benedícite. Presbyter recedit dicens Deum adoráte et grárias Deo réddite. Patiéntiam habe : et tecum erit Dóminus. Amen.]*

## [*Instructiones literarum.*<sup>750</sup>

¶ Sequuntur quedam instructiones pro curatis seu curam animarum habentibus. Et primo. Forma testamenti.



N nomine Domini. Universis presentes literas inspecturis, curatus ecclesie parochialis de Roffiaco sancti Flori diocesis<sup>751</sup> salutem in Domino. Notum facimus quod in nostra presentia ac testium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum propter hoc [166v.] personaliter constitutus honestus vir Petrus N. clericus parochianus noster jacens in lecto egritudinis, infirmus corpore, sanus tamen mente : attendens et considerans quod vita hominis est brevis super terram : et quod nichil est certius morte, nichil vero incertius ejus hora : cupiens providere saluti anime sue, et ad gaudia felicitatis eterne pervenire : testamentum suum ac ejus ultimam voluntatem fecit et disposuit in modum et formam sequentum. In primis enim animam suam recommendavit altissimo Deo Creatori suo dum de corpore exierit : et beate Marie virginis, totique curie celesti. Corpus vero suum terre veribus volens illud inhumari in cimiterio vel ecclesia de dicto Roffiaco. Deinde voluit et ordinavit omnia sua debita solui : forefacta et male acquisita per eum in que sint redi et restitui lcis et personis quibus fuerit faciendum.

Item dictus testator de bonis a Deo sibi collatis ob remedium anime sue levavit fabricie vel luminarie predicte ecclesie v. sol. t.

Item curato totidem.

Item vicario xii. d.t.

Item clero vi.d.t.

Item fabrice ecclesie beate Marie sancti Flori ii.sol. vi.d.t.

Item elemosyne ejusdem ecclesie xii.d.t.

Item hospitalibus N. cuilibet vi.d.t.

Item conventui fratum predicatorum xii.d.t.

Item legavit filiolis suis cuilibet xv.d.t.

Item confratrie N. xii.d.t.

Et ad premia omnia et singula tenenda dictus testator nominavit executores suos Petrum N. ejus patrem, et Nicolaum N. ejus fratrem. Quibus executoribus pro premissis omnibus et singulis adimplendis dictus testator obligavit omnia bona sua quecunque et ubicunque revocando omnia alia testamenta si que sint alias per eum

facta. Volens hoc suum robur obtinere firmitatis melioribus, via, modo et forma quibus valere potest et debet. In cuius rei testimonium signum meum manuale ego [167r.] N. prefatus curatus una cum sigillo prelibate parochialis ecclesie de Roffiaco apposui huic presenti testamento. Acta fuerunt in domo dicti testatoris. Anno domini millesimo cccc. nonagesimo die vero N. mensis N. presentibus Johanne N. Jacobo N. et pluribus aliis testibus ad hoc rogatis et vocatis.]<sup>752</sup>

### [*Forma bannorum proclamatorum.*]<sup>753</sup>

¶ *Forma litere testimonialis bannorum proclamatrorum pro matrimonio contrahendo.*



Niversis presentes literas inspectris curatus ecclesie parochialis de N. sancti Flori diocesis curato de tali loco ejusdem diocesis salutem in Domino. Notum facimus quod Richardus N. parochianus noster non est in registris nostris aliqua excommunicationis sententia innodatus. Nec scimus in eo aliquod impedimentum canonicum propter quod ecclesiastica sacramenta sibi debeant denegari seu etiam retardari. Insuper tria banna per tres dies dominicos sive festivos solennes : ad solennizationem matrimonii futuri de ipso cum Margareta N. in ecclesia nostra predicta palam et publice proclamavimus seu proclamari fecimus quibus nullus se opposuit seu contradixit. Rogamus igitur discretionem vestram quatenus dictum N. parochianum nostrum cum Margareta N. parochiana vestra per verba de presenti in ecclesia vestra matrimonialiter copuletis : nisi quod ex parte vestra sit aliquod aliud impedimentum quod obsistat. Et hec omnibus quorum interest aut interesse poterit in futurum tenore presentium certificamus. Datum sub sigillo ecclesie nostre prefate. Anno Domini millesimo cccc. nonagesimo die N. mensis N.

¶ Finis.]<sup>754</sup>

## Offices from the St. John's College MS. Manual.<sup>755</sup>

### [*Forme absolutionis.*]

*Forma ad absolvendum quecunque [de plena remissione]<sup>756</sup> peccatorum semel in articulo mortis, audita confessione, injuncta sibi aliqua penitentia, dicat infirmus si potest Confiteor Deo. (Brev.:[410].) et cetera, vel alius pro eo : quo finito, petatur si habeat injuste quid alicui et imponatur ei ut reddat.*

*Postea dicat sacerdos Misereá tur tui omnípotens Deus. more solito. (Brev.:[410].)*

*Postea dicat sacerdos.*

**A** Go auctoritáte Dei Patris et Fílii et Spíritus Sancti et dómíni nostri pape, summi pontíficis, et totíus universális Ecclésia qua fungor

in hac parte, te absólvo ab omni senténtia excommunicatiónis, suspensiónis et interdícti si quam incurrísti, et sacraméntis ecclésie te restítuo.

**A** Bsolutiónem et remissióne m ónium peccatórum tuórum, spácium vere peniténtie, emendati-

ónem vite, grátiam et consolatióne m Sancti Spíritus : tríbuat te omnípotens et misericors Dóminus. Amen.

*Vel communiter dicatur sic.*

**A** Ominus Jesus Christus per suam piíssimam misericórdiam te absólvat. Et ego auctoritáte ejúsdem Dómini et dómíni summi pontíficis et officii michi commíssi et indúlti privilégii per ipsum pontíficem concéssi, absólvo te de ómnibus tuis

peccátis de quibus ore conféssus et corde contrítus exístis et étiam oblítis : et in quantum totíus universális ecclésie claves exténdunt, et quantum secúndum auctoritátem prenotátam possum aut débeo, te absólvo et penam remítto. In nómine Patris.

*Alia absolutio.*

**A** Uctoritáte Dei omnipoténtis et beatórum Petii et Pauli apostolórum et sancte Románe ecclésie et auctoritáte dómíni nostri summi pontíficis michi in hac parte commíssa et in quantum débeo, te absólvo

a penis tibi in purgatório débitis propter culpas et offénsas quas contra Deum commisísti : et in quantum michi permíttitur et claves sancte matris ecclésie exténdunt, restítuo te illi innocéntis in qua eras quando

baptisátus fuísti.

Benedictio Dei Patris omnipoténtis et Fílii et Spíritus Sancti descéndat super te et máneat semper. Amen.

### *Servitium includendorum.<sup>757</sup>*

*Quo modo homo vel mulier includi debeat. Primo celebretur missa festive in ecclesia juxta quam includi debet et post evangelium offeret professionem suam scriptam, et communicet loco suo, er induat habitum professioni congruum, quem cum sacerdos benedictum et aqua benedicta respersum includendo dederit, dicat hanc orationem.*

**C**Xuat te Dóminus véterem hóminem cum áctibus suis, et induat novum, qui secúndum Deum

creá tus est in justícia et sanctitáte veritatis. Amen.

*Finita autem missa, sint duo parati qui litanias sonore cantent. Sacerdos vero qui missam celebraverit in alba et stola et capa serica maneat. Finita litania, incipiat ipse sacerdos alta voce hymnum, Veni Creador. 154. Et sic exeant in processione, precedente cruce, incenso, aqua benedicta et ceteris pertinentibus, processionaliter usque ad locum. Hymnoque dicto incipiatur antiphona Aspérges me. 5. vel Vidi aquam. 6. prout tempus exegerit. Et interim sacerdos asperget domum intus et extra aqua benedicta. Post hac incipiatur hec antiphona.*

Dómine ad te dirigá tur orá tio mea, sicut incé nsum in conspéctu majestatis tue.<sup>758</sup>

*Et iterum incenset sacerdos domum intus et extra. His finitis, si homo vel mulier que ingredi debet virgo sit et literas nesciat, habeat juxta se clericum vel virginem qui pro eo vel ea incipiat antiphonam. Ipsi sum desponsáta cui ángeli sérviant, cujus 3407. pulchritudinem sol et luna imitántur. Amen.<sup>759</sup> (Brev.:{169}).*

*Psalmus. Deus misereá tur. (lxvj.) 267. totus psalmus dicatur cum Glória Patri.*

*Repetatur antiphona.*

*Hinc idem clericus incipiat aliam antiphonam. Annulo meo subarrávit me Dóminus meus Jesus Christus, et tanquam sponsam decorávit me coróna.<sup>760</sup> Amen.*

*Psalmus. Laudá te Dóminum omnes gentes. (cxvj.) 141. cum Glória Patri.*

*Repetatur antiphona.*

*Tertio vero idem clericus antiphonam. Déxteram meam et collum meum cinxit lapídibus preciósis : trádidit áuribus meis inestimábiles margarítas. Amen.<sup>761</sup> (Brev.:{153}).*

*Psalmus. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. (cl.) 270. cum Glória Patri.*

*Repetatur antiphona.*

*His dictis accipiat eum vel eam sacerdos per manum dexteram, et sic ducat in domum.*

3389. *Antiphona. Introíbo in domum tuam, Dómine, et adorábo ad templum sanctum tuum. (Brev.:{1421}).*

*Quos sequitur in eandem domum clericus qui pro eo vel ea antiphonas incipit, et finita antiphona idem clericus incipit responsoriū.*

7524. Regnum mundi et omnem ornátum séculi contémpsi propter amórem Dómini mei Jesu Christi. †Quem vidi, quem amávi, quem créddi, quem diléxi. *V.* Eructávit cor meum verbum bonum : dico ego ópera mea regi. (Brev.:{872}).

*Hoc responsorio cantato pro eo vel ea ex toto choro cum Glória Patri. sequitur benedictio super domum cum Orémus.*

**A**désto Dómine supplicatiōibus nostris et hanc domum serénis óculis tue pietatis illústra : descéndat super habitantes in ea grácia tue pietatis : larga benedictio ut in his

manufáctis habitáculis cum sobrietáte manéntes : ipsi tuum semper sint habitáculum. Per Christum Dóminum nostrum.

*Oratio.*

**C**xáudi nos Dómine sancte Pater Omnipotens etérne Deus ut si qua sint advérsa si qua contrária in

hac domo fámuli tui *N.* auctorité majestatis tue pellántur. Per Domum.

*Sequitur alia oratio cum Dóminus vobíscum. et cum Orémus.*

*Oratio.*

**B**ene **¶** dic Dómine domum istam et locum istum : ut sit in ea sánitas : sánctitas : cástitas : virtus : victória, et sanctimónia, humilitas : lénitas : mansuetudo : plenitudo legis et obediéntia Deo Patri et Fílio et Spirítui Sancto : et sit super locum istum et super onmes habitantes in eo

tua larga bene **¶** díctio ut in his manufáctis habitáculis cum sobrietáte manéntes ipsi tuum sint semper habitáculum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

*Sequitur psalmus sine nota. Laudáte Dóminum omnes gentes. (cxvj.) 141.*

*Psalmus. Laudáte Dóminum in sanctis ejus. (cl.) 270. cum Glória Patri. et iterum sacerdos cum clero domum exeat. Vir vel mulier sola remaneat, et deforis domus firmiter claudatur. Tunc moneat sacerdos presentes orare pro eo vel ea, et ut dicant.*

Pater noster. [privatum.]

[V.] Et ne nos [inducas in tentacionem.

R.] Sed libera [nos a malo.

V.] Ostende nobis [Dómine misericordiam tuam.

R.] Et salutare tuum da nobis].

[V.] Fiat pax [in virtute tua.

R.] Et abundancia in turribus tuis.

V.] Salvum fac servum tuum vel ancillam tuam Dómine.

[R.] Deus meus sperantem in te.

V.] [Mitte]<sup>762</sup> ei Dómine auxilium [de sancto.

R.] Et de Sion tueatur te.]

[V.] Dómine exaudi [orationem meam.

R.] Et clamor meus ad te veniat.

V.] Dóminus vobiscum.

[R.] Et cum spiritu tuo.

V.] Orémus.

*Oratio.*

**D**eus qui justificas ímpium et non vis mortem peccatóris, majestátem tuam supplíciter deprecámur ut fámulum tuum de tua misericordia confidéntem celésti pró-

tegas benígnus auxilio, et assídua protectiōne consérves, ut tibi júgiter famulétetur et nullis temptationibus a te separétur.

*Alia oratio.*

**R**ege quéumus Dómine fámulum tuum N. et intercedéntibus ómnibus sanctis tuis grátie tue in eo dona multíplica, ut ómnibus liber

offénsis et temporálibus non destituátur auxiliis, et sempitérnis gáudeat institútis. Per Dóminum.

*De visitationis infirmorum.*

My dere sone in God, you hiest fast thi wai to Godward ; there thou shalt see alle thi former faderis, apostila, matiris, confessoris, virginis, and alle men and women that be savid. And yerfor be of gode comfort in God, and thou must leyen a ston in the wal of cite of hevene, wit outen ani noise or strif. And therfore ar thou wenden out of this world, thou must make this ston redi, and than shalt þu nouȝt be lette.

The ston is thi soule wiche thou makest clene ; the noise that þu must make here is the thinking of ti sinne, wýche thou must telle the prest ; the stroke is penaunce, that thou shalt be sori for thi sinne and smithe thi self on thi brest : and whan thou hast made redi thus thi ston, then may thou go thi wai in God, and lai thi ston sy kerlie wit oute noise in the citie of heuene ; and therfor I counsail the þat þou schriven the clene, and make the redi. And this is nouȝt only to seke men but also to hole, for everi dai a man nehieth his deth ner and ner ; and of a man it is said, the more he wexith the more he unwexith; and þerfor saith the gospel : Awake, for thu wost never whan oure God will come ; and þerfor look ȝu alwai be redi. And thu shalt wite, gode man, that God visiteth mani man for his sinnes diversly ; some wit prisonig, some wit diverse sekenes, and if the sinne were awai, than his sekenes shulde aslak. Hereof berith witnes the gospel, that God seith thus to ten mesels, whan he had helid hem of here lepre : Go, he said, and sinne no more, on aunter ȝow falle wors ; as who seith : For ȝowre sinne ȝe had this sekeness. And therfor it is ordeined be the law that ther shal no leche given no bodili medicine to a seke man, till he be helid gostli ; and that he have take gostli medicine, that is to sai, schrift and housel ; and if ȝe be wel schriven and veraye repentaunt, I drede nouȝt that the sekenes shal a slake wiche he hath for sinne, or ellis it shal turne him to more blisse after his deth ; and þerfor if his sekeness a slake nouȝt thou shalt comfort him on this maner :

*How thou shalt confort a man that he grucche nouȝt whan he it seke :*

Sone, lovest thou thi Lord God ? He wil sai, ȝe. Than thus, git thou love God, thou levest that he doith, and he skorgeth the and þerfor thou shalt gladli suffre it. Here of spekit Salomon and seith : Sone, speke nouȝt agen the chastising of thi fader, for it is no sone whom the fader chastisith nouȝt, and it a cordith wit commine maner of speche. Ffor if a man see anotheris child do schreudeli in his fader presence, and the fader chastised him nouȝt, than wold that othir man seie : It is nouȝt his sone, or ellis he loveth him nouȝt ; for if he were his child or ellis

loved him, he wold chastise him : and þefor be nouȝt evil afraide of thi Fadirs chastising of hevene. For he seith himself : Whom I love, him (I) chastise. Also sekenes of bodi makith soule hele, and soule hele is nouȝt but of God : þefor despice nouȝt Godis scorge, but whan God ponissche the, thanke him and love him that he emendith thee aud undernemith the and blameth the and ponische the nouȝt in his warth ne in his wodnes but in his grete mercy. Thank thi God, and thinke that his merci passeth alle his grete wrethe ; he is jugge, he wil nouȝt damne the, but he wil have merci on the. Mercjfulli he chastise the, and ther thou hast deservid for to have his wrath and be damned for ever, he puttith over his eniaunce, and suffrith of his grete mercye, and ponische the here but a wile, and ȝerfor despice nouȝt his gerde of merci, ne grucche nouȝt ther agena, but suffire it gladli, for al the domis of God ben rihtful. Now sethen sekenes of God is hele to the soule, and wille thou or nilt thou shal have hit, gif thou grucche a gen God, and wit thi grucching thou makist thi soule more feble, and so thou profitist nouȝt to thi self wit thi grucching a gen thi Fadir, which is thi leche, but grevist thi self on diverses maners : on is, that thou grevist thi God ; another, thou shalt nouȝt have so miche gostly mede, as thou shuldest gif thou suffred deth pacientliche. And thou shalt knowe that God Fadir of hevene ponische nouȝt o thing tuȝes, and ȝerfor wit a glad hert thou shalt suffre sekeness that God hathe sent the here, for it shal alegge thee of the peyne of purgatorie, so that thou the more soner shall come to the kingdome of hevene. Thenke that if the king to whom thou hast be tretour forgewith the thi deth and ponische the but a wile in esi prison, thou art michil hold to him : so thou art to God, to whom thou hast bon tretour, and he hath for give the everlasting deth, and ponischinge the wit a litul sekeness here.

*ȝif a man be nie the deth : speke to him on this maner and sai :*

Man, ȝif thou thoughtist and wel seie the mischeivis of this world, tiou shuldest desire to dye and be wit God : Holi writ seith, Blessed be thei, that die in God. Loke thi beginning of thi lif, care and sorwe ; thi forthliving travail and dene and disese, and so thu ledest thi lif. Now whether is it better die wel or lif evele ? Parde, die wel ; thou maist nouȝt lif fulli wel be no wai in this wrecchid world, for holi writ seith : Everi man is a lier, that is to seie, sinful ; and also it seith that sevene sithes in the dai fallith a rithfulman, and that seith Seint Poul, that no man liveth wit out sum defaute, as Catun seith : and seith thus to God, I desire to be dede, and be wit God for the wickidness of this world mai no man telle. Here is

hunger and thirst, cold and hete ; travail and werinesse, envie and wrath, glotonie and lecherie, pride and slouthe, covetise and falsnesse, manslaugther and thefte, and many other ; and there is no man wit oute alle these, that he ne hath som of these, for everi man is sinful, and yerfur these old filosophurs maden ever sorwe whnhere children were bore, and joie whan thei died and passid out of the wo of this world. And Seint Austin whan he shuld be ded, he spak to deth on this maner : A thou deth, end of alle wickidnes, thou deth, end of travail, beginning of ese and alle joie, what man mai be thenke the profitis, and the blisses that thou bringest wit the ? thou art desireful to me for a Cristin man may nouȝt evil die, but wel die, and lif wit Criste.

*Whan thou hast told him alle this, or ellis ȝif thou have no time to sai alle for hast of deth, begin here, and speke to him on this maner whan thou seest that he neitheth the deth :*

Brother, art thou glad that thou shalt die in Cristin feith ? Resp. ȝe.

Knowleche that thou hast nouȝt wel lived, as thou shuldest ? Resp. ȝe.

Art thou sori therfor ? Resp. ȝe.

Hast thou wil to amend the, ȝif thou haddist space of lif ? Resp. ȝe.

Levist thou in God, Fader Almighty, Maker of hevene and of erthe ? Reap. ȝe.

Livist thou in the Fader and Sone and HoliGost, thre persons and on God ?  
Resp. ȝe.

Levist thou that oure Lord Ihu Crist, Godis Sone, was consevid of the HoliGost, and toke flesche and blode of oure ladi Seint Marie, and was borne of hir, she being modir and mayde. Resp. ȝe.

Levist thou that he suffrid pine and deth for oure trespass and nouȝt for his gilt under Pounce Pilate, and that he was don on the cros, and died for the on god Fridai, and was buried ? Resp. ȝe.

Thankest thou him therfor ? Resp. ȝe.

Levist thou that thou may nouȝt be savid but thorw his deth ? Resp. ȝe.

*Tunc dicat sacerdos.*

Wil thi soule is in thi bodi, put alle thi trust in his passion and in his deth, and thenke only theron ond on non other thing : wit his deth medil the, and wrappe the therinne, nouȝt thinking on thi wif, ne on thi children, ne on thi richesse, but al on the passion of Crist, and have the crosse to fore the and sai thus : I wot wel thou art nouȝt my God, but thou art imagened aftir him, and makest me have more minde of him after whom thou art imagened. Lord, Fader of hevene, the deth of

oure Lord Ihu Crist, thi Sone, wiche is here imagened, I set betwene the and my  
evel dedis and the desert of Ihu Crist I offre, for that I shuld have deservid and have  
nougt. *Sey aȝen*: Lord, the deth of oure Lord Ihu Crist, the Sone which was bore  
of seint Marie, moder and maiden, I sette betuene me and thi wrath. *And sai* : Into  
thi hi handes, Lord, I betake my soule, for thou God of treuthe bougtist me, *and sei*  
*so thrise*. *Seinte Austin spake to God on this maner* : A my Lord God, my mercy, my  
refute ; the I desire, to the I fle, I hie to come to the ; Lorde despice nouȝt me,  
thow I be wrecched and sinful, but be to me helper in theis mj grete nedis, for I  
may nouȝt helpe and aȝen bie my self wit my dedis ; but thou, Lorde, hast bouȝt  
me, thou bring me out of care and have mercȝ on me. I trust nouȝt on my dedis,  
but despeir of hem : save git I trust more on thi merciis than in the dispeir of my  
wicked dedes : thou art my hope, thou art my God ; thou art ful of mercy, agein  
the I have sinned thorw my grete defaute. I come and knouleche to the ; I be seche  
the of merci, wiche deniest to no man merci.]

Tabula.

---

**C** *Sequitur tabula continens singula in hoc manuali contenta : secundum numerum foliorum.*

Benedictio salis et aqua.	1	rum sive pastillarum pasche.	133
Aspersio aqua benedicta tempore pasche.	6	Benedictio novorum fructuum.	133
Benedictio panis dominicis diebus.	9	Benedictio ad omnia quecunque vo- luerit.	134
Cantus evangelii Liber generationis quod in nocte nativitate Domini canitur.	10	Benedictio seminis.	134
Lectio alternatim cantanda eadem nocte.	15	Benedictio pomorum et die sancte Jacobi apostoli.	134
Cantus evangelii factum est autem in nocte epyphanie cantandus.	20	Benedictio elemosine.	135
Benedictio luminis in festo purifi- cationis beate Marie.	26	[Benedictio panis.]	136
Servitium quattuor temporum in capite jejunii cum benedictione cinerum.	33	Benedictio scuti et baculi ad duellum.	136
Benedictio frondium in dominica pal- marum.	38	[Benedictio oculorum.]	138
Servitium in cena Domini.	43	[Benedictio navis.]	139
Servitium in vigilia pasche.	55	Benedictiones ante prandium.	140
Ordo ad faciendum cathecumenum.	72	Benedictiones ante prandium cum fuerit jejunium.	144
De mundatione fontis.	78	Benedictiones ante prandium tempore pasche.	146
De baptismo.	89	Servitium includendorum.	148
De purificatione mulierum.	96	[Benedictio agni paschalis.]	183
Ordo sponsaliorum.	97	Prefationes communes per totum annum.	164
De secundis nuptiis.	115	Canon cum rubrica : a novo incipi- entibus commodissima.	169
Servitium peregrinorum.	120	Ordo ad visitandum infirmum.	182
Benedictio ensis novi militis.	131	De extrema unctione.	197
Benedictio carnium in die pasche.	132	[Commendatio animarum in articulo mortis.]	209
Benedictio carnis, casei, butiri, ovo-		Commendatio animarum.	214
		Vespere mortuorum.	225
		Vigilie mortuorum.	232
		[Commendatio animarum.]	275

Tabula.

Specialia quandam pro defunctis.	275	Benedictiones episcoporum.	357
Missa pro defunctis.	285	[Confirmatio puerorum.	357
Servitium super corpus defunctus.	305	Benedictiones omnium rerum ecclesiasticarum.	358
Missä de sancta cruce.	330	Benedictio ad omnia.	367
Missä de beata virgine.	332	Benedictio campane.	368
Epistola cum evangelium de Trinitati.		Compotus.	373
	336	Modus separandi leprosos.	377
Missä de Sancto Spiritu.	337	Forma testamenti.	380
Articuli generales majoris excommunicationis in lingua materna.	339	Forma bannorum proclamatorum.	
Modus absolvendi.	352		381] <sup>763</sup>
[Generalis sententia.]	355		



**C** Huic volumini Ricardus  
Pynson finem imponere ju-  
bet ad intersignum sancti  
Georgi in flestrete commo-  
rans penes ecclesiam sancti Dun-  
stani Anno Domini M.cccc.vj.

## *Appendix.*

### *Sentences of excommunication.*

From the Council of Oxford, Stephen Langton, Archbishop, 1222.<sup>764</sup>

**A**uctoritate Dei Patris, et beate virginis, et omnium sanctorum, et presentis concilii excommunicamus omnes illos, qui ecclesias malitiose suo jure privare presumunt, aut per malitiam libertates earunde minfringere, vel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui pacem et tranquillitatem domini régis injuriose perturbare presumunt et qui jura domini regis injuste detinere contendunt.

Adjicimus autem omnes illos simili sententia involutos, qui scienter et prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhibere procurant vel etiam qui tales testes scienter producunt, vel subornant in causa matrimoniali : ubi scilicet agitur contra matrimonium, vel ubi agitur ad exheredationem alicujus. Advocatos quoque omnes excommunicamus, qui in causis matrimonialibus malitiose exceptiones opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum sortiantur effectum, vel ut contra justiciam processus cause diutius suspendantur.

Item, excommunicamus omnes illos, qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alia quacunque de causa alicui malitiose crimen imponunt, cum infamatus non sit apud bonos et graves viros, ut sic saltem ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur. Preterea omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui vacante ecclesia malitiose opponunt vel opponi procurant patronatus questionem, ut verum patronum illius ecclesie collatione saltem illa vice defraudent.

Excommunicamus etiam omnes illos, qui gratia lucri, odii, aut alias [malitiose] conterrunt exequi domini régis mandatum, contra excommunicatos editum, claves ecclesie contemnentes.

## Appendix.

---

From the constitutions of Richard Poore, Bishop of Sarum, 1223.<sup>765</sup>

### *De sententia excommunicationis.*

**A**uctoritate Dei Patris, et beate virginis, et omnium sanctorum, et presentis concilii excommunicamus illos omnes, qui malitiose ecclesias jure suo privare presumunt, aut per malitiam libertates earundem infringere vel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui pacem et tranquillitatem regis et regni injuriose perturbare presumunt, et qui jura domini régis injuste detinere contendunt. Amen.

Primo quidem excommunicamus, auctoritate Oxoniensis concilii a sancte memorie Stephano, Cantuar. archiepiscopo, celebrati, omnes, qui malitiose ecclesias jure suo privare presumunt, aut per malitiam, et contra justiciam libertates earundem infringere, vel perturbare contendunt. Ex quo intelligimus, excommunicationis vinculo subjacere omnes illos, qui literas impetrant a quacunque curia laicali, ad impediendum processum ecclesiasticorum judicum in talibus, que per sacros canones ad forum ecclesiasticum pertinere noscuntur.

Item excommunicamus secundo, omnes illos, qui pacem et tranquillitatem domini régis et regni injuriose perturbare presumunt, et quicunque jura regis injuste detinere contendunt ; ex quod quo intelligimus , non solum excommunicari guerrarum suscitantes horrorem, verum etiam latrones publicos, et omnes etiam pariter predones, et quoscunque regulam justicie temere impugnantes.

Item excommunicantur tertio universi ; qui scienter falsum perhibent testimonium, vel perhibere procurant, ad impendiendam justum matrimonium, vel ad exheredationem alicujus hominis procurandam.

Item excommunicantur quarto advocati omnes, qui malitiose per quascunque exceptiones verum matrimonium impediunt, ne effectum debitum sortiatur, et in quibuscumque causis, ut contra justiciam processus ecclesie diutius suspendatur.

Item excommunicantur quinto omnes illi, qui gratia lucri vel odii, vel favoris malitiose crimen imponunt alicui, cum apud bonas et graves personas non fuerit prius infamatus ; ut sic ei purgatio indicatur, vel alio modo gravetur.

Item excommunicantur omnes, qui malitiose, vacante ecclesia, opponunt, vel opponi procurant questionem de jure patronatus, ut verum patronum illius ecclesie

impediant illa vice.

Item excommunicantur septimo omnes illi, qui malitiose contemnunt exequi mandata domini régis de excommunicatis capiendis, vel qui eorum impediunt captionem, seu procurant injuste eorum liberationem, contra discretionem ecclesiastice discipline.

Item excommunicantur in concilio sancte memorie Ottoboni omnes illi, qui pro impedimento pacis, seu compositione litigantium quicquam recipiunt, donec ipsum sic receptum restituerint donatori.

Item excommunicantur per eundem, quicunque de domibus, maneriis, vel grangiis, vel locis aliis archiephcoporum, episcoporum, vel aliarum ecclesiasticarum personarum contra ipsorum voluntates, seu custodum rerum earundem aliquid auferunt, vel consumunt, vel injuriose contrectant ; qua sententia ligantur nec absolvi possunt, donec de injuria satisficerint competenter.

Item excommunicantur ab eodem, quicunque abstulerint violenter reum ad ecclesiam vel cemeterium, vel claustrum fugientem, vel ei victimum necessarium prohibent exhiberi ; vel qui res alienas in locis predictis expositas violenter asportant, vel asportari faciunt ; vel qui asportationem talem factam, nomine suo, vel a familiaribus suis ratam habeant vel qui ad hoc publice vel occulte consilium vel auxilium prebuerint, seu consensum.

Item excommunicantur ab omnibus archiepiscopis, et episcopis Anglie, qui veniunt contra magnam chartam domini régis, aut faciunt ; quae sententia per sedem apostolicam pluries est confirmata.

Item isti sunt articuli, in quibus incurritur excommunicationis sentencia ipso jure.

Primus, cum quis incidit in heresim jam damnatam, vel novam configit ; et generaliter quecunque vel quoscunque Romana ecclesia, vel singulares episcopi in suis diocesibus hereticos judicaverint.

Secundus, cum quis receptat vel abscondit hereticos.

Tertius, cum quis in clericum, monachum, conversum, monialem, vel conversam, vel aliquam religiosam personam injecerit violentas.<sup>766</sup>

Quintus, cum quis possit defendere clericum, et non facit.

Sextus, cum potestates, consules, seu rectores civitatum et locorum angarias vel exactiones indebitas imponunt in redemptionem, et auctoritate prelatorum, ita evacuando, ut nil potestatis eis in suis hominibus videatur remansisse ; et

## Appendix.

---

commoniti desistere noluerunt, tam ipsi quam fautores eorum excommunicationi se noverint subjacere.

Septimus, incendiarii, et violatores ecclesiarum.

Octavus, cum quis a paucioribus, quam a duabus partibus cardinalium in summum pontificem electus, pro papa se gesserit, nisi humiliter voluerit abstinere.<sup>767</sup>

Nonus, cum quis falsat literas domini pape, vel scienter utitur etiam ab alio falsatis.

Decimus, cum quis differt arma, ligna, ferrum.<sup>768</sup>

Duodecimus est in sagittariis, et balistariis contra Christianos in bello injusto.

Decimus tertius est his, qui statuta contra ecclesiasticas consuetudines, vel abusiones contra ecclesiasticam libertatem faciunt observari. Item in statutariis.

Decimus quartus in scriptoribus statutorum illorum.

Decimus quintus in potestatibus, consulibus, rectoribus, et consiliariis locorum, in quibus hujusmodi statuta vel consuetudines edite fuerint vel statute.

Decimus sextus in his, qui. . . ea prasumpserit judicare.

Decimus septimus in his, qui in publica forma redegerint judicata.

Auctoritate domini episcopi in concilio London, ultimo celebrato ordinatum est ; in primis, qui pacem domini regis et regni sui injuriose perturbant, vel aliquid faciunt, per quod dicta pax et tranquillitas valeant perturbari, vel ad perturbationem perveniantur, publice et solenniter accensis candelis, pulsatis campanis, cruce erecta in singulis ecclesiis sue provincie denunciantur excommunicati.

Item omnes illi sunt excommunicati eodem modo, qui bona aliorum rapiunt, et occupant, contra pacem et voluntatem eorum, ad quos pertinent ; et maxime clericorum.

Item, quod complices et fautores eorum eodem modo denunciantur excommunicati, contra quos omnes in concilio Oxoniensi, et ab aliis sacris patribus divina sententia ab olim lata fuerat.

Item ordinatum est, quod omnes vere penitentes, qui pacem, et tranquillitatem predictas defendere nitentur ; aut pro eis orationem dominicam ter dicentes, cum totidem salutationibus beatae virginis CC. dies indulgentie per dominum archiepiscopum, et undecim suffraganeos suos in dicto concilio concessos habeant.

## Appendix.

---

Item, quod in singulis ecclesiis parochialibus, semel in hebdomada, cum major parochianorum adfuerit multitudo, fiant processiones pro pace, et misse sequentes ; et quod omnia fiant premissa, sub pena majoris excommunicationis.

Gab. Cossatius constitutiones Richardi, episcopi Sarum, hac finit observatione. "Anglicane collectionis ordinem in his edendis constitutionibus secuti sumus, ejusque fide Oxoniensi concilio anni MCCXXII. eas proposuimus. Sed tunc tandem animadvertisimus fuisse postponendas, cum in earum capite ultimo mentio fiat Oxoniensis istius concilii, ejusque ipsa verba referantur. In eadem collectione sequitur concilium Dunelmense, sive constitutiones Richardi, episc. Dunelm. que sunt ad verbum eadem atque constitutiones Richardi, episcopi Sarum, supra edite. Hoc differunt uno, quod diversa est partitio capitulorum, et Dunelmenses postremis capitulis careant a LXXV. Eas igitur hic omittimus. Profuerunt ad tollenda menda plurima, que in Sarumensibus erant. Ceterum non errore librarii dictas esse Dunelmenses, sed reipsa in Dunelmensi concilio promulgatas, eo per suadeor, quod sublate in iis sint aliquot linee de fabrica ecclesie Sarum, que in harum capite LXX. leguntur."

Sentences of excommunication also appear in:

*Statuta synodalia Richardi (de la Wich ejus nominis secundi) Cicestren. episcopi.* (1246).<sup>769</sup>

*Constitutiones domini Johannis Peckham Cantuar. archiepiscopi.* (1279).<sup>770</sup>

*Synod Exoniensis diocesis a Petro Quivil, ejusdem empiscopo.* (1287).<sup>771</sup>

*Constitutiones synodales D. Gilberti, episcopi Cicestrensis.* (1289).<sup>772</sup>

*Constitutiones synodales Sodorenses.* (1291).<sup>773</sup>

*Constitutiones sunodales per Henricum Woodloke, Winton. episcopum.* (1308).<sup>774</sup>

*Constitutiones per dom. Willielmum, archiepiscopum Eborum.* (1311).<sup>775</sup>

*Manuale et processionale ad usum insignis ecclesie Eboracensis* (1882):119-122.

## Notes.

---

### Notes.

<sup>1</sup> The 1506 Pynson-Rouen edition is taken as the basis for this edition. The 1498 (1497) Rembolt edition, the 1529 Regnault edition, and the 1554 Valentin edition are used as supplementary sources, in particular to fill in gaps in 1506. Bodleian Barlow 7 has been consulted. The Henderson edition (1882) has been compared. Collins (1960) has been consulted. The music generally conforms to the versions that appear in the Noted Breviary and Noted Missal editions. A comprehensive list of printed editions appears in Christopher Wordworth, *Ceremonies and Processions of the Cathedral Church of Salisbury* (Cambridge: Cambridge University Press, 1901): 333-336.

<sup>2</sup> A woodcut showing the arrangement of persons and objects for this blessing appears in the Sarum processionals.

<sup>3</sup> 'quam', 1506:23.; 'quam', 1516:2r.

<sup>4</sup> 'turribularii', 1506:2; 'thuribularii', 1516:2r.

<sup>5</sup> 'matutina', 1506:2r; 'matutinas', 1516:2r.

<sup>6</sup> 1506:2r. [BL copy] has a blank space where 'exorcizá-' should be.

<sup>7</sup> 'versúisia', 1506:2r; 'versútia', 1516:2v.

<sup>8</sup> 1529:5r; Pro-1519:4r.

<sup>9</sup> In 1506:4v. 'Amen' is set EF.E.

<sup>10</sup> In 1529:5r. 'ut predictitur' is in parentheses.

<sup>11</sup> 'ubi', 1529:5r.

<sup>12</sup> 'primia', 1506:4v.

<sup>13</sup> 1529:5r.

<sup>14</sup> 1529:5r.

<sup>15</sup> In this note parenthetical numbers indicate the line of music to which the note refers.

(1) In AS:51. 'Dóminus' is set G.G.A.

(5) In AS:51. 'David' is set ACBBC A. In 1519:56v 'Abraham' is set G.AGFEFFE.E. 1531:30v. has 'Abraham génuit'.

(7) In 1519:56v. 'Judam' is set A.G. In AS:51 'autem' is set ACCAC.BA.

(9) In 1519:56v. 'autem' is set DE.FEDEEDC ; the first Esrom is set FEDEFEEC C. 1531:30v has Esron.

(13) In AS:51. the second Booz is set EF.EDC. In 1519:57r. autem is set DE.FEDEEDC.

(15) In 1519:57r. the first David is set GFEF.GAGAF.

(17) In 1531:30v. has 'Róboam autem génuit'.

(18) 1531:30v. has Abía AS:51. and 1519:57r. have Asam.

